

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber nonus, De oecumenico

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

rientibus, posse defunctos res nostras cognoscere. Nec tamen satis inter eos conuenit. Nam Bellar. neq; presentia sanctorum, neq; Dei reuelatione neq; relationem angelorum valde probat. Non presentiam: quod ei celestas nulla sufficiat; sed ubiq; sit necessaria: sic non relationem, quia dici non possit ita audacter omnibus sanctis, Orate pro nobis: sed aliquando petendum à Deo, ut eis preces reuelaret. Non relationem: quia angeli nequeant nosse preces, quas sola cogitatione fuisimus. Quid igitur? Nimirum in quarto malunt acquiescere, fingentes sanctos videre cum Deo omnia à principio suae beatitudinis, quae ad ipsos aliquo modo pertinent. Et tamen vide inconstantiam? Hunc ipsum Bellarminus negationem ad conuincendos haereticos, & praefert reuelationem. Ita nesciunt ceteri quod levertant. Nos autem obseruamus id illi hic accedere, quod in omnibus humanis inuentionibus necesse est, quae quoniam nihil habeant solidius somniis incertis, non possunt non mira anxietate suos amatores vexare: ut nihil sit consultius, quam his semel nuncio remisso, nolle sapere praeter Verbum Dei.

VIII. Sed in hoc tamē quarto modo audiamus miseram Sophisticam. Videbunt ergo in Deo defuncti: sed quomodo? Quemadmodum nos in speculo, ea quae post tergum, vel etiam oculos, frontem faciemque nostram Mirra oracula. Sed unde habent? Audiamus Costerum. Dominus Moyse exhibiturus essentiam suam contemplandam: Ego, inquit, ostendam tibi omne bonum. Exod. 33. id est, quicquid aliquo modo nomen & rationem boni habere potest, id omne in mea essentia, quam es visurus, ostendam tibi. Et rursus Ioannes, Quod factum est in ipso vita erat. Ioan. 1. id est, creatura omnis in Deo est, non quidem ut in le mortua, sine sensu, materialis, corporea, imperfecta, sed vita, id est, immaterialis, perfectissima. Ideoque Gregorius, Quae in us omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum, quia foris sit aliquid quod ignorent. Quia enim illae omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? lib. 12. Moral. c. 13. & Dialogorum lib. 4. c. 33.

IX. At qui prioris loci versio corrupta, Ego transire faciam omnem bonitatem meam coram te. Non igitur, ut Costerus, quicquid aliquo modo nomen & rationem boni habere potest. Petro Chaldaeus Paphraestes bonum illud, interpretatur gloriam Dei, quam videre Moses postulabat. Non igitur omnem creaturarum bonitatem: non quicquid creatum est: non denique quicquid ab hominibus vel cogitatur. Nam hic huius loci

nullus sensus est: sed merum est febricitantis monachi somnium. Et res ipsa euincit. Nam si qui vident omne bonum Dei, omnia sciunt. Ergo Moses etiam viuens omnia sciisset: at postea ius falsum: ergo prius. Nam scisse Moysen omnia in terris positum, ausint ne aduersari contendere?

X. In altero loco longe maior audacia. Nam primo eius varia lectio est. Graeci omnes, paucis exceptis, legunt, Omnia per hunc facta sunt, & absque eo factum est nihil quod factum sit. Ut sensus sit, eorum quae in vniuerso mundo creata sunt, nihil esse creatum sine Filio Dei Verbo. Tum altera inchoa sententia. In ipso vita erat. Sic Chrysostomus homil. 4. in Ioannem. Sic Theophylactus in eum locum. Syrus Interpres. Athanasius de Incarnatione Verbi. Et contra Arianos orat. 4. & contra omnes haereticos: & in Synopsi. Irenaeus lib. 4. c. 11. Nazianzenus de Spiritu S. Epiphanius de Ariomanis, & Anociis. Marcus Heremita de Baptismo. Ex Latinis etiam Cyprianus Testimoniorum lib. 2. quamuis Pamelius aliter ediderit Hieronymus in cap. 6. Amos. Nec inconcinnam lectio. Nam cum statim subiiciatur, Et vita erat lux illa hominum; quis non videt, non posse referri ad eas, quas in Deo ab aeterno esse dicunt? Itaque hanc lectionem Caietanus, Lucas Brugensis, Insenius, Maldonatus, longe praefert aliis, utpote coactis. Quamuis Sixtus neutri parti voluerit praedecare, ita consulto interpungens, ut vtrius modo legi queant: ut monuit Brugensis in annotationibus ad Sixti Biblia.

XI. Secundo, etiam si à Graecis discedas, tamen altera superest lectio: Quod factum est in ipso vita erat: ut dicatur non in ipso vita erat, quod omnino postulat Costeri commentum; sed quod in ipso factum est, esse vitam. Et sic Ambrosius in Psalmum 36.

XII. Denique, etsi ita concedatur legendum, tamen restat consequentia. Nam quis concedat, quia omnia in Deo sunt ab aeterno, ideo videri omnia ab iis qui Deum vident? Nam ne ipsi quidem Papatæ audent asserere. Bellarminus certe ea tantum, quae ad ipsos aliquo modo pertinent. At qui non haec sola in Deo sunt omnia; & qui Deum vident, qui in Deo sunt, vident: necesse esset eos omnia videre. Quod si conclusio falsa; certe in antecedente necesse est peccari. Et quia supponitur omnia esse in Deo: iam illud alterum falsum erit, eos, qui Deum vident, videre quae in Deo sunt.

## FINIS LIBRI OCTAUI.

LIBER NONVS,  
DE OECVMENICO.

## Caput I.

## DE IMMENSA AVTORITATE OECVMENICI PONTIFICIS.



TRACTATA Controversia prima de officio Mediatoris, quae erat in intercessione: sequitur altera, in Regio muneris, cuius Thesis haec est, Verum solus Christus sit rex, siue Monarcha, siue caput Vniuersalis Ecclesiae. Quam Catholici constanter asserunt. Papatæ oppugnant pertinacissimè, Romani Pontificis partibus fauentes. Vnde magna, interque primas nobilis disputatio oritur, non obiter tractanda: imo vero necessario: nec aut nullo, aut leui momento in vtriusvis partem concludenda. Non tamen, quicumque in Papatæ Controversiis tempus terunt, hanc, quam Episcopo Romano sui vendicant auctoritatem, summam esse omnium, quae à nobis oppugnantur, haerecon, tutelam: cum ex eius nutu, plerumque imperiti hominis, atque etiam non raro scelerati, omnes pendere velint Theologicas disputationes: ut id sit Catholicum, cui dignatus fuerit annuere: id contra haereticum, quod quacumque tandem de causa improbarit. Nec dissimulat Bellarminus, dum praefatur in hanc disputationem, agi de summa rei Christianae: quaeque, debeat ne Ecclesia diutius subsistere, an vero dissolu. & condecere; quemadmodum si quaratur, an oporteat ab aedificio fundamentum remouere, à grege pastorem, ab exercitu Imperatorem, solem ab astris, caput à corpore; nihil sit aliud quam quaerere, an oporteat aedificium ruere, gregem dissipari, exercitum fundi, sydera obsecrari, corpus iacere. Quae quidem ille sic dixit ex prauiudicio eius opinionis, quae fascinat, nullam aliam credit rem esse Christianam, quam Papatæ: quomodo solent iampridem intolerando abusu Ecclesiam Catholicam dicere & Romanam eodem sensu. Ut sint ea Iesuitæ verba non aliter accipienda quam si d'erte diceret, non posse aduersum Catholicos diutius subsistere totum illud Romanæ Imperii chaos, si semel redigatur in ordinem ille vnus vrbis Episcopus.

II. Qui quam sibi, quantamque auctoritatem vendicet etsi ex ipso facto, id est, quotidiano experimento percipere sit facilius, his maxime temporibus, quae nihil ferme vident ab huiusmodi tyranno non attentatum: tam n visum est hoc initio indicandum: ut cum constiterit, quam immensum tyrannidis chaos hoc vno Oecumenici Pontificis nomine o cultetur, mirari desinant sanæ mentis homines tanto feruore hanc causam iam ab aliquot annis actam esse à piis viris, quos Deus excitauit

ad opus suum perficiendum: id est, Ecclesiam in libertatem asserendam.

III. Volunt igitur hunc suum summum Pontificem Papatæ, vnum aliquid esse in terris hominem Vicarium Christi (sic enim appellant) qui sic vice Christi in Ecclesia fungatur, ut caput etiam ipse dicatur totius militantis Ecclesiae: quod etsi fateantur non æquo aut iure, aut gradu cum ipso Christo, quem solum sciunt hoc nomine appellari in Scripturis, tamen sic amplificat postea, ut facile appareat, dicis tantum causa Christum praeferi.

IV. Primum enim hunc homuncionem, sic summum faciunt, ut nulli profus potestati, quaecumque illa tandem sit, Ciuili aut Ecclesiastica, obnoxium esse velint, ne tum quidem quom officio minime fungitur. Si Papa (haec verba sunt apud Gratianum distinct. 40) sua & fraterna salute negligens reprehenditur, inuitus & remissus in suis operibus. Et in super à bona tacetur, quod magis officii sibi & omnibus nihilominus innumerabiles populos censeratim secum ducit primo mancipio gehenna, cum ipso plagis multum in aeternum vapulaturus, huius culpas istis redarguere praesumis mortalium nullum, quod cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à deo deus. Et rursus causa 9. quæst. 3. Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neq; enim ab Augusto, neq; ab omni clero, neque à regibus neque à populo iudex iudicabitur. Ex quibus verbis concludit Glossator, tum à Concilio non posse Papam iudicari, tum Pontificis sententiam standum esse: quamuis totus mundus sententiaret in aliquo contra eum. Praeterea ne accusari quidem posse de homicidio, aut adulterio dicitur notari dem Glossator ad caput Non nos, distinct. 49. Et causa 9. quæst. 3. hic habetur Canon, Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari: sed sedis istius praesulem suo, sine quaestione, reseruat arbitrio. Voluit enim Petri Apostoli successores caelo tantum debere innocenciam, & subtilissimi discussoris indagari, inuoluntariam habere conscientiam.

V. Illud autem de Concilio, vno tantum verbo obiter significatum, factus postea disputarunt multi: inter quos Ioannes Hieronymus Albinus, libro 1. de Potestate Concilij, asserit nullum casum reperiri, in quo verba Concilij potestatem Pontificis maiorem esse. Similiter Caranza in quarta Controversia, Nullum esse criminis casum in quo Ecclesiae vniuersalis Pastor iudicari aut deponi possit ab vno Episcopo aut Concilio. Nam etiam, quod de haeresi exceptum legitur in Canonibus, si Papa, nunc noua strophæ inuile efficitur, cum asseritur, non posse Papam haereticum fieri. A deo in peius quotidie proficitur.

VI. Secundo: huic ita exempto ab omni potestate, omnes reliqui abfque vlla prorsus exceptione subiiciuntur. Sic enim Extravagante de Majoritate & obedientia, c. Vnam sanctam, definitum legimus, Si deuiat terrena potestas, iudicabitur à Spirituali potestate: sed si deuiat spiritualis, minor à suo superiori: si vero suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo: Spirituales homo iudicat omnia, ipse vero à nemine iudicatur. Et rursum, Subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus esse de necessitate salutis. Apud Gratianum causa 9. qu. c. 3. Aliorum, sic legitur, Patet sanctorum voce Pontificum dignitatem sedis huius sanctam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est, ubique submititur, dum totius corporis caput esse designatur. Et Bartholomæus Carranza asserit, Controu. 4. omnium conciliorum auctoritatem subesse auctoritati sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum: atque ab illa necessario pendere.

VII. Et quidem non in Ecclesiasticis tantum negotiis: sed & in secularibus, atque politicis. Credendum enim dicunt talem potestatem summo Pastori Ecclesiæ concessam esse: vt possit non modo excommunicare imperium regem, sed etiam subditos eius ab omni obseruantia ipsius liberos reddere: quæ verba sunt Sanderi libro 2. de Visibili Monarchia Ecclesiæ ca. 4. Imo instituendum, destituendumque regum, transferendumque regni penes eum ius esse Bellarminus argumentis conatur asserere: lib. 5. de Romano Pontifice. Sed & Boz us, Pontificis omnia esse regna, omnesque Christianorum Prouincias: Reges autem ac Principes, aut ab illo eas habere precario & gratuita largitione, aut iniuste occupare: libro 10. de Signis Ecclesiæ.

VIII. Tertio, eiusmodi volunt eius esse sententias, vt cõtra ne hiscere quidem cuiquam liceat. Apud Gratianum dist. 19. Sic omnes sanctiones Apostolica sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmata. Et causa 17. quæst. 4. Nemini de sedis Apostolica iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permittitur: videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum, Christi munere, in beato Apostolo Petro diuinitus collatum. Dist. 19. c. In Memoriam: Licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione tolereamus. Et, vt cumulus perficiatur insolentiæ, asseritur summus Pontifex habere, cælesti arbitrio, & ideo naturam rerum mutare, substantialia vnus rei applicando alij. Et de nullo posse aliquid facere, & sententiam, qua nulla est, facere aliquam: in his qua vult ei esse pro ratione voluntatem: nec esse qui ei dicat, Cur ita faciat? posse enim supra ius dispensare. Et de iniustitia facere iustitiam, corrigendo iura & mutando: demum plenius iudicem obtinere potestatis: quæ totidem sunt verba glossatoris in caput, Quanto personam, de Translatione Episcopum, in Decretalibus.

## CAP. II. De statu questionis.

I. Ecclesiam esse domum Dei, quæ suos habeat Oeconomos, diuinis literis disertius testatum est, quam vt ab vilo pio ambigi possit: vnde constat etiam, habere eandem domum suam Oeconomiam: quorum sum enim alias Oeconomus? Et præterea testatur Paulus omnia ordine agi debere. Quare inter Catholicos & Papistas, non contouertitur hæc generalis propositio, sit ne aliqua ratio Ecclesiæ gubernandæ Imo etiam, quia Ecclesia sit domus, non cuiuslibet, sed Dei, quam certum est solum Patrem familias ius habere suæ domus custodiendæ, tam nemo dubitat, quæcumque tandem in Ecclesia sit politia, eam à Deo constitutam esse oportere.

II. Hæc cum vtrinque ita se habere concedantur: tum oritur questio, eum agitur de ea ipsa politia, quam in Ecclesia Deus constituit, quænam illa tandem sit, id est, Monarchicæ, an Aristocraticæ, an vero Democraticæ. Et hic tamen primo concedimus vtrique ab ipso Christo Ecclesiam gubernari *μνηστεύει*: quem ob id vtrique fatentur & Regem appellari, quod nomen manifeste infert summam illam vnus principis auctoritatem: quam *μνηστεύει* nomine iam pridem significari vltus est. Eoque nomen capitis refertur metaphoricum: quia non tantum ab eo regitur totum corpus, sed etiam solo. Domini etiam nomen eodem pertinet. Nam etsi ex sua propria vi, *μνηστεύει* non infert: tamen hæc tenus infert, quatenus dominium significans, vni tamen Christo, nullique alij tribuitur. Est igitur hæc Catholicorum luculenta confessio, Christus Iesus seruatur noster Filius Dei, idem verus Deus, & homo, verus est vniuersalis Ecclesiæ princeps, caput, rex, Monarcha: cui subesse omnes homines sit de necessitate salutis: & quidem subesse dicimus non eam tantum Ecclesiæ partem, quæ in his terris Militantis Ecclesiæ nomen præfert: sed & eam, quæ in cælis Triumphantis.

III. Sed Papistis ista confessio non sufficit. Pergunt enim, & interrogant de Ecclesia Militante vniuersa, quæ qua se per totum orbem diffundit: vtrum eius regendæ ratio sit Monarchicæ, sic, vt vnus ei præsit, non Christus, sed purus homo: à cuius summa auctoritate pendeat, tum laici omnes, tum maxime clerici cuiuslibet ordinis, gradus, auctoritatis.

IV. Hic vero Democraticam quidem nulli asserunt: quod sciam: etsi tamen Sanderus, tum Bellarminus, Lutheranos accusent: qua re opinor eis fictionem iniuriam: eo magis quod neuter vllū locum indicet eorum scriptis, quo hæc opinio defendatur. Sed nos certe, præter electorum Ministrorum approbationem vel improbationem, plebis nullas esse partes censemus in Ecclesiastico regimine. Non sufficit autem electio magistratum ad Democraticam constituendam: alioqui nullæ respubiicæ regna dici possunt, in quibus reges sunt, non hæreditarij, sed electi, vt loquuntur: cum tamen contra vltus obtinuerit. Atque adeo ipsi Papistæ suum regimen monarchicum esse tuerentur, non Aristocraticum: etsi monarchiam suam, id est, Papam, nunc Cardinales, id est, optimates eligant, spoliata plebe suo, quod olim obtinebat, iura. Super sunt ergo tantum Monarchia & Aristocratia disputanda.

V. Et Catholici quidem singulis Ecclesiis, ita suos pastores attributos esse docent, vt æquo iure tum omnes omnium, tum singuli singularū curam

gerant: itaque Aristocratiam esse legitimam. Vnde Confessionis Gallicæ art. 30. Credimus omnes veros Pastores, ubicunque locorum collocati fuerint eadem & æquali inter se potestate esse præditos, sub vnico illo Capite, summoque & solo vniuersali Episcopo, Iesu Christo: ac proinde nulli Ecclesia licet e sibi in aliam imperium, aut dominationem vendicare.

VI. At Papistæ, vnum tuerentur Episcopum Romanum, non tantum suæ Ecclesiæ, id est, eius quæ est intra muros vrbis Romæ, curam habere de mandatum, vt reliquos Pastores suæ quemque: sed præterea omnium omnino, quotquot aut sunt, aut esse possunt militantes Ecclesiæ: in easque summam obtinere, nullisque legibus cõteritam auctoritatem potestatemque, vt Christi Vicarium: ac proinde etiam appellant & Caput, & Sponsum Ecclesiæ, & Vniuersalem Episcopum, & Oecumenicum Pontificem. Hacque ratione Monarchiam in Ecclesia constituunt.

VII. Hæc nos de Controuersiæ statu perspicue: quem cum Sanderus, Bellarminus, reliqui, neglexerint, Colterus videri voluit tractare diligentius: vtinam certo iudicio, Christum is è cælo delapsum dicit, ex omnibus totius orbis gentibus, atque nationibus, homines euocasse, & Rempublicam quandam, seu congregationem constituisse, quæ opus habuerit duplici administratione: altera, quæ ad externam pacem & quietem retinendam præcipue referretur: altera, quæ potissimum homines ad supernaturalem, & cælestem finem, perspicue nulloque errore dirigeret: quarum hæc sit illa tanto præstantior, & superior quanto animarum salus sine contouersia præstet quieti externæ. Et eam quidem, quæ externam pacem curat, Christum suo aduentu non immutasse, sed Principibus reliquisse: alteram autem ipsam per se, quandiu in terris fuit, exercuisse. Quæ omnia capita negat esse contouersa: sed hoc tantum in quaestione vocari, An Christus, profectus in cælum, sic sibi omnem auctoritatem seruaerit in Ecclesiam, vt neminem vicarium in terris reliquerit, quem cum ampla, & ad vtilitatem fidelium conueniente potestate, Ecclesiæ vniuersæ præfecerit.

VIII. Hæc summa eorum, quæ paulo fufius Colterus prosequitur in Enchiridio, c. 3. quod est de Summo Pontifice: in quibus merito dubitem, mendacem se magis, an imperitum Theologiæ præbuerit. Certe statum causæ peruertisse audacter pronuntio. Primum enim, quam ineptum est, quælo, quod partem eius Reip. quam Christus suo aduentu instituit, politicam seu ciuilem faciat? Aut quis audiuit aliquando in eam finem è cælis delapsum Christum, id est, incarnatum, vt prouideret Reipublicæ, hoc est, terrenæ politice administrationi? Imo vero ipse se discrete negauit constitutum iudicem inter fratres de hæreditate contententes: nec ad alteram ad se deductam indicare voluit: & negauit regnum suum esse de hoc mundo. Denique nihil omnino vel attingit, vel immutat, in seculari politia: quam ascendens in cælos eandem reliquit, quam descendens constitutam inuenerat: iubens etiam reddi Cæsari, quæ essent Cæsaris. Itaque Colterus: strenue sibi contradicens, negat eam, quæ externam pacem curat, à Christo fuisse immutatam. Quod sensu, si institutam?

IX. Secundo: quod Ecclesiasticam administrationem potissimum referri dicit ad cælestem finem, parum est legitimum: quasi alius quidam finis sit, quod, etsi non potissimum, aliquo tamen modo referatur hæc administratio. Imo vero is cælestis finis vnus est Ecclesiastici regiminis, vt homines, quorum vitæ corporeæ politia secularis prouidet, ad Christum adducantur, salutem animæ percepturi. Certe nullum alium Scriptura docuit: & illustris est in eam rem (vt alios taceam) Pauli locus ad Ephesios 4. quo dicitur Christus Apostolos dedisse, Prophetas, Euangelistas, pastores & doctores: non potissimum, sed simpliciter ad *coagmentationem sanctorum, ad edificationem corporis Christi, donec euadamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, vt veritatem sciantes cum charitate, prorsus adolescamus in eum per omnia qui est caput, nempe Christus.*

X. Nos igitur, rem, si placet, ab ovo, quod aiunt, deducere, multo sic melius: Hominem animæ & corpore constantem, duplici egere politia: altera, quæ animæ bonum spectet, id est, æternam salutem: altera, quæ ad corpus referatur, id est, prouideat iis omnibus, quæ ad bene beatæque hanc corporalem vitam traducendam sunt necessaria. Huic vt satisfiat, institutas esse Respublicas, suis distinctas generibus, pro variis locorum, temporum, personarum circumstantiis, Monarchiam, Aristocratiam, Democraticam: quas etiam extra Ecclesiam Deus vigere voluit: & conseruat quamdiu viderit, multis alioquin incommodis, atque mutationibus obnoxias. Christum vero è cælis venisse, assumpta serui forma, vt Ecclesiam constitueret, id est, eam politice partem, quæ animi bonum procuraret: instituisseque quosdam quasi magistratus, quos tamen ministros maluit appellari, quibus eius politice curam sic committeret, vt eius ministerii iure nihil illis esset commune cū altera politice parte, quæ ad corpus pertinet. Esse autem hanc quidem administrationem, quæ animum regit, digniorem altera, quæ corpus: sed eam dignitatem merendam ex vltu nō seculi, sed cæli: vt nihil obstat, quominus, qui in Ecclesia sit dignissimus, in politia temporali aliis subiiciatur. Neque enim ideo Christi diminutam fuisse dignitatem, quod obnoxius fuerit magistratus imperio: aut Apostolos non fuisse vocatos ad administrationem salutis æternæ præstantiorem longe administratione corporum; quod eorumque potestatibus subiecti fuerint, vt etiam virgines cæderentur. Quare ille tertius obseruari potest in Colteri verbis error, quod absque vlla distinctione, ex eo quod ab imperio salus præstet quieti externæ, & hæc ad illam tanquam ad bonum maius perfectiusque referatur, simpliciter concludat, eos inferiores esse, viliusque minus obire, qui externam quietem curent.

XI. Denique grauer peccat in constituendo statu quaestionis; idque dupliciter. Cum enim queri dicit, an vllum in terris Christum vicarium reliquerit, relinquit ambiguum de vnico loquatur, an pluribus vicariis. Quod si plures intelligat, quomodo si quereretur, an vllum Christus Pastorem reliquerit, facili responso, nos prolixè concedere, Christum in Ecclesia sua reliquisse sui vicarios: itaque non contouerti. Sia autem de vno certo Vicario, ita appellato, vt plures in eius nominis aut officij communionem admitti nec possint, nec debeant: tum



... cum igitur non possit caput pedibus dicere, non est nisi ne- cessarij omnino non tolerabit nos abdicari. Nam hic disertè caput non vnus quispiam appellatur: sed plures simul Episcopi, qui in Italia & Gallia: Nec alius stylus, aliave mens Ioannis Constantinopolitani, quem Tur- rianus obiicit ex actis Synodi 6. Nam in ea Epitola duæ sunt partes: Prima recitat ordinem humani corporis à Deo constitutum. Ipse (inquit, sic vertente Turriano) natura nostra auctor caput toti corpori artificiose præse- tit, ac præcipuis sensibus in eo collocatis, fecit ut omnia inde reliquorum mem- brorum motu & integritas existat, ac conseruetur. Hæc, & nonnulla alia, pertinet ad comparationis: tum sequitur de pædosis, quam Græ- cè describit Turrianus, & dicitur τὸ κεφάλαιον τῆς ἐκκλησίας ἀποδοτικῶν ἔργων... cum igitur non possit caput pedibus dicere, non est nisi ne- cessarij omnino non tolerabit nos abdicari. Nam hic disertè caput non vnus quispiam appellatur: sed plures simul Episcopi, qui in Italia & Gallia: Nec alius stylus, aliave mens Ioannis Constantinopolitani, quem Tur- rianus obiicit ex actis Synodi 6. Nam in ea Epitola duæ sunt partes: Prima recitat ordinem humani corporis à Deo constitutum. Ipse (inquit, sic vertente Turriano) natura nostra auctor caput toti corpori artificiose præse- tit, ac præcipuis sensibus in eo collocatis, fecit ut omnia inde reliquorum mem- brorum motu & integritas existat, ac conseruetur. Hæc, & nonnulla alia, pertinet ad comparationis: tum sequitur de pædosis, quam Græ- cè describit Turrianus, & dicitur τὸ κεφάλαιον τῆς ἐκκλησίας ἀποδοτικῶν ἔργων...

X. Sed, quid opus Veterum autoritatibus, cum ab ipso Paulo mentem loci perspicue possimus dicere? Is enim, cum multis exaggerauit... inquit, estis corpus Christi, & membra ex parte. Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophe- tas: tertio doctores: deinde potestates, deinde dona sanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Num omnes Apostoli? Num omnes Prophe- ta: Num omnes doctores? Num omnes sunt potestates? Num omnes domum habent sanationum? Num omnes linguas loquuntur? Num omnes interpretantur? Ob- secra primo, nullum gradum numerari, in quo vnicus fuerit aliquis. Secundo illud, Primum eum sensum habere, vt significet Apostolos primum locum habuisse in Ecclesia: vnde Glossa ordinaria, & interlinearis, Pri- mum notant dignitate & tempore. Chrysostronus, τὸ κεφάλαιον ἐστὶν ἡ ἀρχὴ, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας... cum igitur non possit caput pedibus dicere, non est nisi ne- cessarij omnino non tolerabit nos abdicari. Nam hic disertè caput non vnus quispiam appellatur: sed plures simul Episcopi, qui in Italia & Gallia: Nec alius stylus, aliave mens Ioannis Constantinopolitani, quem Tur- rianus obiicit ex actis Synodi 6. Nam in ea Epitola duæ sunt partes: Prima recitat ordinem humani corporis à Deo constitutum. Ipse (inquit, sic vertente Turriano) natura nostra auctor caput toti corpori artificiose præse- tit, ac præcipuis sensibus in eo collocatis, fecit ut omnia inde reliquorum mem- brorum motu & integritas existat, ac conseruetur. Hæc, & nonnulla alia, pertinet ad comparationis: tum sequitur de pædosis, quam Græ- cè describit Turrianus, & dicitur τὸ κεφάλαιον τῆς ἐκκλησίας ἀποδοτικῶν ἔργων...

XI. Et liber sophisticen admirari. Nam strenue laborant omnes, vt doceant aliud caput intelligendum præter Christum; Turrianus in corpore visibili, caput esse visibile: aut vacare hanc partem analogie. Sanderus Christum, non tantum caput appellari, sed etiam corpus. Itaque sicut præter Christum alii sint homines, qui dicantur corpus Christi, id est, Ecclesia: Sic etiam præter Christum, totius Ecclesie æternum caput, alia esse ad tempus capita. Bellarminus, loqui Paulum de capite, quod negare non possit, sibi pedes non esse necessarios: quod quia in Christum calere ne- queat: ergo caput à Paulo Christum non intelligi. Quæ, etsi non difficile sit eludere, tamē prolixè, quod exiit infertur concedimus. At hoc fropen- dum monstrum est: eorum neminem vidisse aut (quod magis crediderim) videre voluisse, restare probandum, vnum id caput præter Christum, esse vnicum aliquem hominem, & nō multos, qui per accidens dicantur vñ, nimirū ex communi munere, gradu, dignitate, sine aliud quid dicere ha- lis. Hoc vero quandiu intactum maer, quid aliud quæ dicitur, vñ peccant Sophistæ? Nam id magno labore conficiunt vltro q̄ conceditur: id vero, in quo est τὸ κεφάλαιον intactum prætereunt. Egregios vero triumphos.

CAP. IV. De vno Ouli, vnoq; Pastore.

I. Secundum argumentum: Si Ecclesia est vnum Ouille, in eaq; vnus Pa- stor. Ergo est etiam vnus summus Pontifex præter Christum. Probatur antecedens, x. io. n. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vñ ouile, & vnus Pastor. Argumentum est Sanderi, c. 2. li. 5. de visib. li. Monarchia: & Aurati parado- ro 70. Sed & Stapletoni ant. d. to in 10. Ioan. Iuauat infamiam Toletus Commentariis in Ioannem.

II. Negatur consequentia. Nam locus, vel ad literam intelligitur vel metaphorice. Si ad lit. ram: per eum vnum pastorem Christus seipsum in- telligit, cui Israelitæ omnes tunc diuisi, subiiciendi erant. Augustinus in Ioan. tract. 47. Duobus istis gregibus, tanquam duobus parvibus, factus est la- pis angularis. Theophylactus, ἡ γὰρ ἐκκλησία μία ποίμνη, εἰς ποίμνιον ἐν ᾧ Χρῆστος ἡ κεφαλή, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκκλησίας... cum igitur non possit caput pedibus dicere, non est nisi ne- cessarij omnino non tolerabit nos abdicari. Nam hic disertè caput non vnus quispiam appellatur: sed plures simul Episcopi, qui in Italia & Gallia: Nec alius stylus, aliave mens Ioannis Constantinopolitani, quem Tur- rianus obiicit ex actis Synodi 6. Nam in ea Epitola duæ sunt partes: Prima recitat ordinem humani corporis à Deo constitutum. Ipse (inquit, sic vertente Turriano) natura nostra auctor caput toti corpori artificiose præse- tit, ac præcipuis sensibus in eo collocatis, fecit ut omnia inde reliquorum mem- brorum motu & integritas existat, ac conseruetur. Hæc, & nonnulla alia, pertinet ad comparationis: tum sequitur de pædosis, quam Græ- cè describit Turrianus, & dicitur τὸ κεφάλαιον τῆς ἐκκλησίας ἀποδοτικῶν ἔργων...

spirantibus facta congregata est, est sub vno pastore, capite huius Ecclesie, Christo. Carthui. n. Et fiet vnus pastor, i. e. Christus qui fuit pastor Iudaorum solū, sed pastor Iudaorum & gentium. Et qui multos atque diuersos habuerunt pastores, vel potius dissipatores, quantum ad gentes quæ seruiuerunt demonibus, conuer- tentur ac sortientur vnum verum ac summum pastorem, videlicet Christum. Gorranus, vnde ad Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, sc. gen- tes & Iudaos in vnum ouile, cuius ipse est vnus Pastor. Clichthouæus 7. in Ioannem. Et vnus Pastor Christus. Caetan. Non erat constituendus alioy pa- stor, sed vnus, præexistens pastor, extensurus erat seipsum ad pascendum omnes.

III. Quamq; quid opus erat testibus: Nā res ipsa per se elamat Ab initio enim capitis, seipsum Christus pponit verum & ostiū, & Pastorem Eccle- sie suæ. Ego dico vobis, inquit, ego sum ostium ouium. Et post, Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Ego sum pastor ille bonus, & agnosco oues meas, & agnoscor à meis. Prout nouit me Pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro vobis. Tum statim, Alias etiam oues habeo: & quæ recitat Sanderus. Cur enim discerpamus filum contextus, vt re- pente de alio atque alio pastore loquutum dicamus? Maxime cum eodem commate oues suas appellet. Alias, inquit, oues habeo. Nam in præceden- tibus sic se pastorem dixit, vt oues non alienas esse, sed suas significaret: atque adeo se non pastorem mercenarium, qui pretio conductus alienas oues pascat: sed pastorem dominum gregis, qui suas ipse oues regat. Ita- que omnino necesse est, vt his verbis non alium, sed seipsum pastorem appellaret.

IV. Et tamen contra Sanderus & Auratus sophisticantur. Sanderus, Hæc duo in Christi verbis mutuo se respiciunt, & velut ex altera parte si- bi respondeat: nō sunt ex hoc ouili, & fiet vnum ouile. Quod, obsecro, vnum? nisi quod ante appellauit Ouile hoc? Oues igitur, quæ non sunt ex hoc ouili, sicut de hoc ouili: & ita fiet vnum ouile siue g. ex. Quemadmo- dum igitur ouile, de quo agitur, militans ac temporale erat: ita & vnum il- le pastor, quem Christus ibi designat, militans pasto. fuisse intelligitur: qui tamen non nisi sub signis Christi militat. Quæ cum ita sint, manifeste prædictum est à Christo, vt vnum ouile suum in terris, ita & vnum pasto- rem sub ipso in terris futurum, per cuius temporale ministerium oues ad ipsum, vt pote pastorem verum, æternumque adducerentur.

V. Respondeo: falsum sumi, cum de eodem ouili futuras oues dicitur, de quo non erant. Illa enim verba, Non sunt de hoc ouili, Ecclesiam signifi- cant Iudaicam, ad quam negantur gentes pertinere: quia non essent de semine Abraham. Nec aliter intellexerunt, quosq; et hæc tenus eum lo- cum sunt interpretati. τὸν οἶλον ἐστὶν ἡ ἐκκλησία τῶν Ἰουδαίων, ἡ ἐκκλησία τῶν Ἰουδαίων, ἡ ἐκκλησία τῶν Ἰουδαίων... cum igitur non possit caput pedibus dicere, non est nisi ne- cessarij omnino non tolerabit nos abdicari. Nam hic disertè caput non vnus quispiam appellatur: sed plures simul Episcopi, qui in Italia & Gallia: Nec alius stylus, aliave mens Ioannis Constantinopolitani, quem Tur- rianus obiicit ex actis Synodi 6. Nam in ea Epitola duæ sunt partes: Prima recitat ordinem humani corporis à Deo constitutum. Ipse (inquit, sic vertente Turriano) natura nostra auctor caput toti corpori artificiose præse- tit, ac præcipuis sensibus in eo collocatis, fecit ut omnia inde reliquorum mem- brorum motu & integritas existat, ac conseruetur. Hæc, & nonnulla alia, pertinet ad comparationis: tum sequitur de pædosis, quam Græ- cè describit Turrianus, & dicitur τὸ κεφάλαιον τῆς ἐκκλησίας ἀποδοτικῶν ἔργων...

VI. Quod autem pro argumento profertur. Pastor: oportet militantē intelligi: quia sermo sit de Ecclesia militante: friuolum est. Primo, de Ec- clesia militante agi, non debuit simpliciter dici. Duo enim membra sunt, bisque ouile nominatum. Priore loco, Non sunt de hoc ouili: ac tum certum est intelligi Ecclesiam militantem: non quamlibet tamen, & in genere: sed in specie Iudaicam. Ac de hoc membro falsa illatio. Nam ne Papistæ quidem concedent, eundem esse pastorem visibilem Ecclesie Iudaicæ, & earum ouium quæ non erant de eo ouili. Altero membro, vt fiat vnum ouile, de Ecclesia militante sermonem esse vnde asserunt? Aut quid obstat, quominus de Ecclesia vniuersalissime intelligatur? Nam facilis sententia: Gentes non sunt de ouili Iudaico: & tamen pertinent ad Ecclesiam: ne ex- clusa quidē triumphante, ad quam eos pertinere qui in militante sunt ele- gi, & generaliter, omnes qui sunt Christi oues, nō est, opinor, qui neget.

VII. Secundo, etiam hoc concessio, quod tamen consequentiæ genus hoc erit sermo est d. Ecclesia militante: ergo intelligendus est pastor mili- tans? At qui constat, etiam militantis pastorem esse Christum. Sic ad He- braeos 3. Christum Paulus vocat; magnum ouium pastorem: quum sermo sic de Ecclesia in genere, tam militante quam triumphante. Imo Petrus 2. prior: Epitola, Conuersus est ad Pastorem & Episcopum animarum vestra- rum: quæ non possunt nisi de militante intelligi. Quomodo etiam Paulus Ephesios desponsatos dixit: vni viro: alio quidem similitudinis genere vsus, sed eandem rem significans. Quo refertur etiam debet capitis nomen. Quod si vnum est, Christum esse pastorem militantis Ecclesie: quæ ne- cessitas iubet, vt quoties de militante Ecclesia quid legimus, & eius pa- store non alium intelligamus, quam pastorem aliquem militantem, hoc est, alium à Christo?

VIII. Tertio non tantum Veteres iam audiuimus hunc locum: imo in hoc loco hunc pastorem Christum interprecantes: f. d. & Sanderus ipse scripsit, neminem negare debere ea verba de Christo vno pastore esse in- telligenda: at qui hæc interpretatio, cum illa consequentia non potest esse: f. d. hoc est, si, quia sit sermo de militanti Ecclesia, ideo necesse sit in- telligi pastorem militante: Christum autem non esse militantem vtrin- que certum sit: tum profecto & Veteres allucinati sunt interpretes: & Sa- derus inconsiderate loquutus est. At de inconsideratione quidem Sande- ri, Sanderus ipse viderit. Sed alucinatos Patres, nullis prolatis argumen- tis, nemo ei crediturus est tan mentis.

IX. Im vero Auratus in hunc modum, Manifestum esse Christum per- ficere omnia Ecclesiastica Sacramenta: & tamen eundem, quia non erat semper futurus præfens, elegisse ministros, per quos prædicta sacramenta fidelibus dispensaret. Eadem igitur ratio, quia præsentiam visibilem & corporalem erat subtrahitur, oportuisse eum aliquem constituere, qui loco sui vniuersalis Ecclesie curam gereret.

X. Respondeo, inanem esse subtilitatem. Nam primo coniectura est tantum: ideo non probat necessario. Quis enim nescit comparationes ad placitū institui: nec esse demonstrationes: sed tantum demonstrare rei illustra-

illustrationes? Secundo, non facit ea comparatio ad expositionem di-  
 di Christi, de cuius sensu nunc agitur. Neque enim sequitur: Christus de-  
 buit aliquem sibi Vicariū substituere: ergo hic locus loquitur de eo Vi-  
 cario. Tertio, non bene aptantur comparationis ipsius partes, quo fit  
 ut argumentum ne verisimile quidem sit. Quāso enim, quam absurde hec  
 dicuntur? Christus reliquit plures, qui se absente Sacramenta administrēt:  
 ergo constituit vnicū, qui totam Ecclesiam Catholicam regeret: cui ip-  
 se adesse non potest. Imo vero, inquam, multo probabilius constituisse  
 quis concludet plures sui Vicarios, æque in regimine Ecclesiæ, atque in  
 administratione Sacramentorū. Certe ex vi comparationis nihil est quod  
 obtinere queat. Tum vero veritas ipsa docet, nō aliis commississe Ecclesiæ  
 curam, quam quibus Sacramentorum administrationem: quæ ipsa non  
 exigua pars est eius curæ: quare si hi sunt plures, non vnicus: ergo & illi.  
 Quarto, non est vtriusq; membri eadem ratio. Nam, etsi non possit Chri-  
 stus absens corpore per seipsum Sacramenta administrare: tamen potest  
 Ecclesiam Catholicam gubernare sufficienter: quia ad id non requiri-  
 tur corporalis præsentia, sed spiritualis efficacia.

XI. Atque hæc de sensu literali. A quo si discedentes hunc locum ap-  
 plicemus ad politicam Ecclesiasticam, primum nullum erit necessariū ar-  
 gumentum: quia ipsi qui Scripturæ varios sensus tribuunt, fatentur, nul-  
 lum alium in argumentationem adducendum præter eum qui vere, & ger-  
 mane literam explicat. Deinde, ne sic quidem vnus concluderetur vni-  
 ue. falsus Episcopus. Nam Cyprianus (quem Sanderus pro se solum citat,  
 quique solus in hoc loco applicando discessit à litera) ad omnes & singu-  
 los singularum Ecclesiarum Episcopos transfert, Epistola 76. *Et idcirco  
 Dominus insinuans nobis unitatem de diuina autoritate venientem, ponit &  
 dicit, Ego & Pater vnus sumus: ad quam unitatem redigens Ecclesiam suam  
 denuo dicit: Et erit vnus grex & vnus pastor. Si autem grex vnus est, quomodo  
 potest gregi annumerari, qui in numero gregis non est? aut pastor haberi quomodo  
 potest, qui (manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea  
 presidente) nemini succedens, & à se ipso incipiens, alienus sit & prophanus, Do-  
 minica pacis ac diuina unitatis alienus? Vbi tractatur questio de Noua-  
 tianis, Vt ut recipendi sint non in iustaurato baptismo: non igitur de vai-  
 co Episcopo Oecumenico: sed de singulis singularum Ecclesiarum pasto-  
 ribus. Nec aliter in libro de unitate Ecclesiæ, *Monet ipsi in Euangelio suo  
 & docet dicens, Et erit vnus grex & vnus pastor: & esse posse vno in loco aliqui  
 existimat, aut multos pastores, aut plures greges? Vno in loco, inquit: ni-  
 mirum Romæ, Carthagini: at non pluribus in locis. Non in vniuersa Ec-  
 clesia. Ergo ex Cypriani iudicio hic locus, ne ad litteiam quidem non ex-  
 positus concludet vnum pastorem omnium Ecclesiarum præter Chri-  
 stum: sed tantum vnum singularum, ac proinde plures omnium.**

C A P. V.

De Rege vno, & capite vno.

I. Tertium argumentum est Sanderi libro 4. de Visibili Monarchia, c.  
 5. ex Ezechiele, & Osæ. Ezechielis 37. *Eccc, ego assumam filios Israel  
 de medio nationum, & faciam eos ingentem vnam in terra in montibus Israel:  
 & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra dua gentes, nec diui-  
 dentur amplius in duo regna. Et post, Seruus meus Dauid Rex super eos, & Pa-  
 stor vnus erit omnium eorum. Ergo vnus esse debet in Ecclesia Oecumeni-  
 cus Pontifex.*

II. Respondeo: Negatur consequentia. Nam in antecedente Propheta  
 loquitur non de Gentium vocatione, sed de Iudæorum vniōe in Chri-  
 sto: qui post Solomonis mortem diuiserant in duo regna, Iudaicum &  
 Israeliticum: atq; eorum hoc in capiuitate abductum: ambo tamen re-  
 stituenda in vnum sub Messia vniōe spirituali. Ac proinde quem re-  
 gem Propheta vocat, is nullus intelligendus est præter Christum. Glossa  
 interlinearis, *Et erit vnus rex omnibus: Christus, de quo, Et regni eius non erit  
 finis. Ordinaria ex Theodoro. Hæc ex tum constituta sunt secundum figu-  
 ram in Zorobabele: accuratè autem & veri in Domino Christo. Lyran. Per hoc  
 enim designabatur futurum, quod regnum Israel erat coniungendum regno Iu-  
 da, sub vno rege Christo. Ino vero ipse Propheta, Seruus meus Dauid rex su-  
 per eos: & pastor vnus omnium eorum. Atqui per Dauidem, quis alium pos-  
 sit animo concipere præter Christum? Itaque Sanderus ipse: *Equidem con-  
 cedo, inquit, hunc regem & pastorem vnum, de quo Ezechiel prædicit, esse  
 Christum, qui est filius Dauid secundum carnem, & Dominus Dauid secundum  
 Deitatem. Ergo, inquam, frustra disputat: nam si is rex Christus est:  
 ergo non est alius præter Christum: nam illa vniuersa opposuntur.**

III. Et tamen idem nescio quid tricarer. Primo notat Ezechielem de  
 Christo agere ea ratione, qua carnem accepturus erat. Alioquin non di-  
 sturum fuisse, Rex vnus erit: sed, Rex vnus est: nec Christum vocaturus,  
 Dauid seruum Dei: quia Verbum Dei non seruit. Secundo, Ezechielem  
 significasse, fideles aliter futuros vnam gentem & vnum regnū post Chri-  
 sti aduentum, quam prius fuerunt. At fideles etiam ante Christi aduen-  
 tum, qui vel in Iudæa noti erant, vel in Samaria latebant, duo regna, in  
 Deo, seu in Spiritu Christi non erant: sed per externum & visibile regi-  
 men duorum regum, & duorum aut plurium pontificum. Post aduentum  
 ergo Christi, significari non futura duo regna, sed vnum pastorem & vnum  
 ouile, etiam quoad visibilem externamq; speciem. Tertio eius gubernationis  
 modum non futurum spiritualem. Quia ab initio mundi solus sic  
 imperarit: futurum ergo secundum carnis, quam accepit, rationem:  
 quod fit, dum principatum, quem ipse suo corpore gessit, eundem perpetuo  
 gerit: quemadmodum Christus est qui baptizatus: dum alter, potestate  
 ab eo accepta, baptismum administrat.

IV. Respondeo, primum vltro concedi: nam certe Christus, nec Da-  
 uid, nec seruus appellari potest, nisi habita incarnationis ratione. Sed ta-  
 men in eo totam esse prophetiæ vim, quod Christus, qui antea tantum  
 Deus regnabat, deinceps qua Deus incarnatus regnaturus esset, nega-  
 mus. Imo alteram addimus, & quidem quæ sit præcipua, nimirum ab ip-  
 so Israelitarum statu: fore scilicet, vt qui tunc non regno tantum se-

culari, sed etiam religione distrahebantur alij ab alijs, tandem vniendi ef-  
 sent in vnum spirituale regnum. Atque hic peccatum est Sanderi non e-  
 xiguum, quod totam diuersitatis rationem in Christo quærit: nullam, in  
 hac vniōis regnorum redintegratione.

V. In secundo, prorsus disceditur à mente Propheta: non enim præ-  
 dixit alia ratione futuros vnum regnum, quam fuissent: quasi aut sup-  
 poneret vnum esse, aut alluderet ad id quod olim fuerat: sed docet omnino v-  
 num futuros qui tum in duo erant diuisi. Secundo, non id etiam spectat,  
 quomodo fideles fuerint vnum in Christo: sed docet potius eos, qui tum  
 non erant in Christo, futuros in Christo, id est, eum populū qui tum tem-  
 poris, non regni tantum legibus diuisus erat in duos populos, sed et à re-  
 ligionis professione in duas Ecclesias, tandem in vnam religionem vni-  
 eudum. Ne nobis igitur fidelium nomine facum faciat Sanderus: sed de  
 præsentis regnorum itatu cogitet. Tertio, si futuri sint vnum regnū alia ra-  
 tione quam prius, ideo futuros vnum non spiritualiter, sed secundum ex-  
 ternam speciem: tum nullam habet vim consequentiæ, cum dicitur falso:  
 quia nunquam secundum externam speciem Christiani per totum mun-  
 dum, fuerunt vnum regnum, vnumq; ouile: sed tantum spirituale.

VI. In tertio igitur, falso sumit Sanderus non fore spirituale hunc gu-  
 bernationis modum. Nec ratio valet. Ab initio mundi spiritualiter Chri-  
 stum imperasse fidelibus fatemur: sed inde nihil sequitur. Non enim alia  
 ratione Christum imperaturū Propheta prædixit, q̄ vnquam imperasset:  
 sed tantū is etiam imperaturū, quibus tum temporis nō imperabat. De-  
 inde, illud de carnis ratione ambiguum est. Nam si significet Christum,  
 quatenus incarnatum, conceditur illum prædici à Propheta, imperaturū  
 Israelis: sed hoc nihil ad Oecumenicum Pontificem. Sin autem significet,  
 Christum eadē ratione gubernaturum Ecclesiam humanitate sua, q̄ cum  
 in viuisset, hunc vero sensum falsum esse asserimus. Nam prædicit Pro-  
 pheta Christum futurū principem in æternum. Quod nō potest intelligi,  
 nisi de spirituali regimine, Nam illud, secundum rationem carnis, tem-  
 porale est, nō æternum. Deniq; concedimus sic per homines oue Chri-  
 stum regere, quomodo per homines baptizatos. Ideoq; concludimus, nul-  
 lum esse vnum per quem regat: quomodo nullus vnus est per quem ba-  
 ptizet.

VII. Ad Osam venio. Is c. i. *Congregabuntur, inquit, Filij Iudæ, & Filij  
 Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Ergo vnus esse debet Oecumeni-  
 cus Pontifex.*

VIII. Respondeo: Negatur consequentia, vt prius. Nam & locus simili  
 audacia detorquetur. O. e. n. mens eadē cū Ezechiele. Proindeq; caput  
 intelligendum de Christo solo. Quod tum Christiani, tum Iudæi docto-  
 res agnouerunt. Nam & Rabbi Schelomo interpretatus est, Dauid re-  
 gem eorum; alludens ad locum superiorem Ezechielis. Et Dauid Kim-  
 chi; Messiam regem. Sed Christiani d. tertius. Rupertus Nimirum cali se-  
 tie, vel processu verborum electus ex gentibus, & saluatos, sive saluandos ex Is-  
 rael, in vnum coniungit Christum. Glossa interlinearis, quæ, Christum, in-  
 quit, vnde Ezechiel, Et princeps vnus in medio Dauid seruus meus. Sic Lyra-  
 nus: Deniq; Sanderus non audeat non concedere. Et Ribera. Et ponent sibi  
 vnum caput, Christum scilicet, de quo ad Ephesios primo scriptum est, Is omnia  
 subiecit pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, Quæ inter-  
 pretatio si vera est, quo iure nos a Christo Sanderus ad alium auctore?

IX. Audiamus egrégium sophisma. Vult enim Christum ita pei: Caput  
 vnum hoc loco intelligi; vt alius tamen præter illum. & sub illo in illis  
 verbis comprehendatur. Hoc vero vt conficiat, Theodoretum citat ita  
 exponentem. *Hæc typice & adumbrate sub Zorobabel acciderunt: expressè  
 vero & veritate ipsa, vbi Christus se hominem fecit; ac sibi Ecclesiam disposuit  
 in æternum. Et rursus. Hoc finem inuenit in temporibus Zorobabel. E quibus illa  
 priora verba, etsi non inuenio in meo codice, tamen non impugno. Sed  
 quid inde conficitur? Duo: quorum prius est; quod in magna laude du-  
 citur, vt filij Iudæ, & filij Israel, ponant sibi mer caput vnum: quod signi-  
 ficat, multo præstantius esse ab vno capite, quā a duobus gubernari. Alte-  
 rum: illa verba: Caput vnum, simul intelligi de duobus quidem, non ta-  
 men ex æquo præfuturis; sed quorum vnum alteri substituit: scilicet primum  
 de Zorobabele: dein de Christo, quorum Zorobabel facit figura, Chri-  
 stus res ipsa & veritas figurata. Vnde conficit, vnum caput totæ Ecclesiæ  
 tunc præesse, quando is qui præest, non suo, sed nomine Christi præest.  
 Nam vt Zorobabel figura Christi, & Christus ipse non duo, sed vnum ca-  
 put constituent: sic multo magis Christus: & Vicarius Christi, non duo  
 capita, sed vnum constituent.*

X. Respondeo. Primam obseruationem esse ad id vniuersum: non enim pro-  
 bare, præter Christum esse vnum aliquod Ecclesiæ caput: itaq; posse faci-  
 le prætermitti. Nos tamen fatemur, vnus optimi principis regimen esse  
 optimum. Sed addimus eum optimum principem in Ecclesia esse Chri-  
 stum: à quovē reguntur omnes fideles. Sed præter eum ne-  
 minem esse, aut esse posse: qua de re suo loco plura erunt dicenda.

XI. Ad secundam obseruationem. Primo solitariam esse vnus auctoris  
 sententiam: vni sine dubio alios plures esse præferendos. Ad do alucinatum  
 fuisse Theodoretum: neq; sans attendisse historiam rerum gestarum.  
 Nam Osæ diserte congregandos dixit filios Iudæ, & filios Israel: id est,  
 vtramq; regnum. Nam antea, id est, mortuo Solomone, vt iam diximus,  
 filij Israel diuisi fuerant in duo regna, quorum maius, constans 10. tribu-  
 bus Israelis nomen retinuit: alterū vero, Iudæa scilicet quod in eo ea tribus  
 regia esset. Iam vero Esdæ primo legitimus. *Tunc (auctore scilicet Cypri edo)  
 surrexerunt capita patrum Iudæ & Beniamin, sacerdotes quosq; Levi-  
 ta: & omnes quorum spiritum Deus excitauit, vt ascenderent, & adificarent,  
 ad eum Domini qua est in Hierusalem. Et idem postea c. d. dicuntur ascendisse  
 cum Zorobabele. Nunquam autem Israel, itaq; non satis exacte ad veri-  
 tatem historię, Theodoretus asseruit; hæc Prophetæ verba cum impleta  
 fuisse quoad figuram. Non potest enim quicquid alterius figura dicitur, quod  
 ipsum non exiterit. Non fecit ergo prudenter Sanderus, qui suum argu-  
 mentum inniti voluerit sententiæ priuatiæ, quæ consistere nequeat cum  
 veritate. Nam ex falso verum concludi nequit.*

XII. Et tamen, vt plus Theodoro deferamus quam veritati, tunc  
 ineptus est Sanderus argumentando: & peccat multipliciter. Primo,  
 etā

est concederem hinc confici. Regis & Vicarij vnum esse regnum: tamen id non probat aliquem esse Vicarium: sed tantum, si aliquis sit Vicarius, tum non propterea diuidi regnum: At nunc ea nostra questio nulla est: sed inquit: mus, Vtrum aliquis ille sit Vicarius. Debit autem animaduertere xq; pro nostra Aristocratia concludi: Nos enim credimus & docemus, eos omnes qui presunt Ecclesijs, non alio nomine praeesse, quam Christi. Est autem verum, & vsu quotidiano comprobatum, non diuidi regnum in quo multi sunt proreges sub vno rege. Nam, exempli gratia, ita administratur Regnum Gallicum, vt singulae provinciae suos habeant Gubernatores, qui vere sint Regis vicarij. Simili ergo ratione asserimus, etiam si suis singulis Ecclesijs praesint pastores a quo iure, tamen Ecclesiam esse vnum regnum: quia ij omnes sunt Christi vicarij.

XIII. Secundo, vnum regem, esse Zorobabelem figuram, Christum figuram, neque Theodoletus dixit, & male somnauit Sanderus: reuera enim duo reges dicendi sunt: quomodo oportet te veta differre figuras, ab iis rebus quae significantur. Sic exempli gratia, Melchisedec, & Christus, re vera duo sacerdotes, non vnus idemque, sic Dauid & Christus duo reges: sic Iosue & Christus duo seruatorum. Et quidem Zorobabel, neque quatenus persona, idem fuit cum Christo: neque quatenus rex: nam regnum omnino alterius fuit generis & naturae. Christi enim regnum nunquam fuit de hoc mundo: Zorobabelis autem nunquam caeleste. Itaque adumbrare quidem hoc illud potuit: sed nunquam esse idem vtrumque.

XIV. Tertio, si fuit Zorobabel figura Christi, & Propheta loquutus sit tum de Zorobabel, tum de Christo: vt vult Sanderus: tamen non sequitur, Prophetam praedixisse in veritatis complemento duos futuros, qui dicantur vnum caput. Quem admodum, etiam certum est Melchisedeci veritatem impleram fuisse in Christo: sacerdotio, tamen Melchisedeci figura non significauit, cum impleteret veritas futurum vnum aliquem praeter Christum, qui faceret dotio fungeretur nomine Christi.

XV. Quarto: absurde concludi ur a Figura ad Vicarium: quae duo toto genere differunt. Nam figura & res figurata, non extabant simul: sed diuerso tempore. Itaq; quando Zorobabel imperauit Iudeis, tum Christus ratione assumptae carnis, nondum erat rex; sed aliquot seculis seruis futurus: & cum Christus aduenit, tum Zorobabel desierat esse Nam veritate praesente cessant vmbrae. At Vicarium oportet simul & semel existere cum eo, cuius est Vicarius. Nam Vicarius dicitur, non eius qui aut fuit, aut futurus est: sed eius qui est reapse. Itaq; nihil potest esse magis ridiculum hac consequenti: Zorobabel fuit figura Christi: Ergo oportet esse aliquem Vicarium Christi. Zorobabel enim princeps fuit absolutus & summus: atque eatenus Christi figura: at Vicarius, non summus est, sed subalternus. Zorobabel suo iure: at Vicarius precario Zorobabel deniq; rex vere & proprie: at Vicarius nullus vnquam rex appellatur; sed tantum regis Vicarius.

XVI. Quinto: quae o, qua ratioe a Zorobabele velit concludi Vicarium. An aequam a figura figuratum? an tantquam a praecessore successorem? At neutrum potest consistere: nec potest etiam dari tertium membrum. Non vt a figura, quia supponit esse figura Christi: itaq; oportet hunc Vicarium iam ipsum locum vturpare Christi. Deinde, ridiculum est a summo & absoluto principe, figuratum esse principem subalternum. Non etiam vt a praecessore: nam quatenus Zorobabel dicitur praecessor oecumenici pontificis? Tum dignitatu genera diuersa sunt. Successores autem dicuntur in eadem autoritatem dignitatemque succedere, quae vobatur fruebantur praecessores. Ergo nulla est ratio, quae a Zorobabele, Vicarium Christi concludat.

CAP. VI.

De similitudinibus, quibus Ecclesia describitur.

I. Quartum argumentum, ex Bellarmino libro 1. de Pontifice, c. 9 ab eius similitudinibus petitur, quibus in Scriptura describitur Ecclesia. Comparatur enim exercitui ordinato, Cantici 6. Corpori humano, seu mulieri speciosa, Cantici 7. Regno, Danielis 2. Ouili, Ioannis decimo: Domui, prioris ad Timotheum 3. Naui seu arcae Noe, prioris Petri 3. Quae omnes similitudines ostendunt, necessario debere esse in Ecclesia vnum caput.

II. Respondeo: non satis distincte Bellarminum argumentari. Neque enim in hac controuersia probandum vnum esse Ecclesiae caput: quod nos docemus sponte: sed vnum esse praeter Christum: quod constanter impugnamus: Et negamus sequi ex propositis comparationibus: quae nunc sunt sigillatim excutenda.

III. Prima similitudo ex 6 c. Cantici petitur. Iam nulla (inquit Bellarminus) castra sunt ordinata; vbi non sit vnus Imperator, multi Tribuni, plures Centuriones. Hieronym. in Epist. ad Rusticum Monachum. In quantum grandi exercitu, vnus signum expositur. Quomodo ergo Ecclesia est exercitus ordinatus, si omnes Episcopi, imo omnes presbyteri sunt pares?

IV. Respondeo: primum, quod vocem illam *acies ordinata* vtgeat Bellarminus, frustra esse; quia non sit a veritate eius loci: sed a versione Latina; quae sensum sectata est, non verba pensitauit. Latine igitur: *Pulchra est amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem terribilis, vt castrorum acies ordinata*. Et Graece non multo aliter, *καὶ ὡς τὸ πῦρ οὐρανόθεν* vt ordinata. At veritas Hebraica, exprimentes *ἡ πόλις* suo more Aria Montano, habet *Terribilis vt vexillata*. Intelligere facile est a Solomone propositam effigiem exercitus parati ad praerium, cum educti sunt ordines & dispositae legiones. Itaque *ordinata* nomen vsurpatum a Latino interpretare, non vt significetur eorum quibus autoritas a qua est, & ἀνάτολις: sed ea quam Graeci *μακροῦ* appellant.

V. Itaque tenet us est: *Quem admodum milites* (verba sunt Gregotij Episcopi Romani) *si stridit & concorditer gradiantur, ab hostibus contra gradientibus sumentur: sic in multitudine fidelium contingit: quae dum contra molituros spiritus pugnare non desinit, necesse est vt pace charitatis constringatur,*

quo salua sit. Quam expositionem confirmat & illustrat Philo Carpathiorum Episcopus: & Glossa interlinearis, & ordinari. Imo Iustus Origelitanus sic: *Habet enim sancta Ecclesia castrorum aciem ordinatam, quando imminente Christo nec Martyres persecutio, nec Virgines carnalis detestatio, nec misericordes cupiditas, nec humiles temporales gloria deuincit ambitu*. Huc vero ad vnus hominis dominatum in Ecclesia asserendum, quid faciunt? Nec ipse Delrio vel in speciem meminit Oecumenici, aut vnus omnino capit, aciemq; ordinatam quaerit in Martyribus, Virginitibus, Confessoribus, Iustis: vel in Iudeis, Gentibus, reliquiis Iacob tandem conuertendis: Vel in Doctoribus, Continentibus, coniugatis.

VI. Sed Bellarminiani argumenti haec vis est: Omnis exercitus vnus vnum habet imperatorem. Ergo & Ecclesia vnum caput. Primo negatur antecedens. Nam olim Graeci suis exercitibus plures vno constituebant imperatores, qui communi consilio rem gerebant: Et tamen non tantum exercitus erant, sed etiam feliciter rem gerebant. Secundo negatur consequentia: Nam primo non est ex sensu loci, Salomon enim exercitum considerauit, non quatenus vnum aut plures habet Imperatores: sed quatenus instructus est, & *καὶ ὡς τὸ πῦρ*, & hostibus formidandus. Absurdum est autem e quoquam loco argumentari praeter autoris mentem. Deinde, etiam si demus eum ordinem Solomoni tum venisse in mentem, nihilominus inepte inferetur Oecumenicus Pontifex, quia in vno exercitu non necesse est esse alium Imperatorem, praeter vnum: itaque Solomoni satisfactum abunde, cum dixerimus Christum esse huius exercitus Imperatorem. Praeterea is Oecumenicus Pontifex, proprie Imperator dici non potest, qui tantum sit Imperatoris Vicarius. Imperator enim is dicebatur qui suis auspicijs bellum administrabat; quod homo nullus potest in hac militia spirituali.

VII. Secunda similitudo, ex eodem Cantico Canticorum c. 6. vbi comparatur Ecclesia mulieri speciosa. *Quid videbitis in Sulamitide, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis? iundura feminum inuoluntum, sicut manilia, quae fabricata sunt manu artificis*. Et paulo post: *Caput tuum vt Carmelus: & coma capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus*. Ergo Ecclesia habet vnum caput praeter Christum.

VIII. Negatur consequentia. Primum, quia praeter Solomoni mentem: qui tantum sibi proponebat allegorice describendam Ecclesiae pulchritudinem eximiam: spatatus, vt solet fieri, in singulorum humani corporis membrorum enumeratione: tantum, vt ostendat nihil deesse, quo minus Ecclesiae forma censeatur perfecta. Eas autem membrorum particulas singillatim rimari, curiositatis est impotentis. Et sane nihil magis ad rem attinet, vnum esse caput, quam duos oculos duosve pedes; aut manus: vnum etiam vmbilicum. Imo Rupertus caput hic sumit pro corde. Sed venientur haec illi, quibus mos inania aure seque suosq; pascere: at quibus sincera religio cordi fuerit, solidius & ipsi agere, & ab alijs secum agi volent.

IX. Secundo, etiam si vni capiti haerere quis velit: tamen nego inde confici vnum caput praeter Christum. Nam hoc ipsum caput esse potius ipsum Christum Veteres docent. Philo Carpathius, *Carmelus interpretatur cognitio, vel agnitio circumcissionis*. Haec prima carnalis ab Abraham patre multarum gentium: secunda vero spiritualis, tota a capite nostro Iesu Christo. *Ipsa enim caput est Ecclesia: nos autem cum ceteris fidelibus cunctis, illius membra sumus, ex quo cognita nobis est, & data vera & salutaris circumcisio*. Iustus Origelitanus, *In Carmelo monte Sancti Helias & Helisus saps receptaculum habere: quapropter in capite Ecclesia, Domino nostro Iesu Christo, & iusti habitaculum, & multitudo populorum, tanquam diuersitas animalium, sapientia percipiunt alimentum*. Gregorius disertissimè, *Caput Ecclesia Christus, qui bene vt Carmelus dicitur, quia ipse per passionem, quam sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus*. Etiam trium Patrum Commentarius addit Theodoro, *Caput tuum vt Carmelus super te: Christus utique sponsus tuus, viuens atque efficax*.

X. Christus ergo caput est: Cur, aut quomodo alius vnus? Nam frustra Bellarminus sophisticatur contra, non comparari hoc loco Ecclesiam cum Christo, vt membra cum capite, sed vt sponsam cum sponso. At profecto, si Ecclesia, quae est in terris Christo secluso, non inepte comparatur sponse: secluso etiam Christo vnum caput habere debet. Et quid caput hoc comparatur cum monte Carmel, quia est summus Pontifex ingens est mons: tamen nihil aliud est q̄ terra, i. e. homo. Enimvero primo: etiam comparatio sit sponsi cum sponsa; tamen allegorica est. Notum autem allegoriarum partes, non sibi semper ita haerere; quo minus varijs respectus admittant. Tum nihil est absurdum laudari pulchritudinem Ecclesiae, vt ad moneatur, eam totam a Christo eodem sponso, & capite profuere. Imo vero: non necertum eandem Ecclesiam, quae est in his terris esse Christi sponsam? Et tamen eiusdem eundem Christum caput dici? Itaque manifestum est, eandem Ecclesiam, cui Christus caput est, esse sponsam Christi. De Carmelo; & terra: auga. Non enim consideratur Carmelus tanquam terra: sed tanquam excelsus & prominens: tum etiam, quatenus fertilissimus; quod annotauit Theodoretus. Sed has nimirum exiles tricas ii sectare coguntur, quibus nihil est solidum.

XI. Tertio, etiam si vnum caput non libeat Christum interpretari: tamen nego inde confici vnum aliquem hominem esse caput. Nam cur hic potius, *μακροῦ* sic vtgeas, quam in collo, & vmbilico? Aut si mihi nullum hominem indicare potes, qui in Ecclesia colli fungatur vice: nullum etiam, qui vmbilici: cur tu me cogas vnum date, qui capitis? Itaq; satisfactum fuerit similitudini, si solum ordinem Pastorum nominato, quem dicam esse caput hoc instar Carmeli: non tantum eminentis propter autoritatem, quam obtinet in subiectam plebem, sed etiam fertilissimi, propter abundantiam charismatum. Non aliter, quam binis pedibus satisfactum putabunt Papistae, cum vniuersam plebem ostenderint.

XII. Tertia similitudo, est regni, c. 2. Danielis: *In diebus regnorum illorum, suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur*. Et 13. Matth. *Simile est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo*. Iam vero, quod vnquam regnum fuit (inquit Bellarminus) quod non regeatur ab vno? Et quam rex Ecclesiae Christus est: tamen ex eo colligimus Ecclesiam habere debere praeter Christum, aliquem vnum a quo regatur, quod regna semper admittunt.





intelligenda. Hic sensus est literalis: qui ad Oecumenicum Pontificem est...

XXVII. Quod si indulgere vacat allegoriae; quod in hoc locople...

XXVIII. Superest quinta similitudo nauis: de qua Hieronymus in Epi...

XXIX. Atego respondeo: primum in Scripturis nusquam comparari...

XXX. Secundo. etiamsi concedatur Ecclesia esse naui similis; negatur...

XXXI. Cyprianus autem impudenter hoc loco testis nominatur. Nam...

CAP. VII.

De multitudine in se vna.

I. Quintum argumentum: Omnis multitudo, quae in se vna est, vno...

II. Respondeo: Negatur minor: Nam Ecclesia, quatenus significatur...

III. Præterea negatur etiam maior. Nam omnis Democratia, imo vero...

IV. Probat tamen Hardingus: Quia omnis multitudo facile dissolua...

tur; oportere id vnde vna sit, vnum esse: ne ipsum alterius ope indigeat...

V. Rufus: Etiam concessio toto argumento, non concluditur id quod...

VI. Disputat tamē Hardingus: Deus, inquit, decreuit, ut quæ res eo...

VII. Respondeo: Primo, etsi verum est Deum accommodare se captui...

VIII. Præterea Ecclesia vt non docetur, sic non regitur humano more...

IX. Secundo: negatur consequentia; tribus argumentis. Primum est:...

X. Secundum argumentum: Quia est etiam ratio accommodata ingenio...

XI. Tertium: Quia in eodem humano genere, sic à sensu potissimum...

eas tanquam vnus spiritualis Monarchia singulas prouincias regant, a-  
ctus sui rationem Domino redditori, vt loquitur Cyprianus: vnde Apo-  
stolus ad Hebræos 13. *ἡ γὰρ ἀγάπη* vocat eos, qui loquuntur sermonem Dei:  
Et quinto prioris ad Thessalonicenses *ἀγαπᾶτε μὲν ἑαυτοὺς*.

## C A P. VIII.

## De Monarchiæ præstantia.

I. Sextum Papistarum argumentum, à Monarchiæ præstantia. Chri-  
stum enim Costerus ait, æternæ Dei Patris sapientiam, qui Ecclesiâ  
sponsam vsq; adeo dilexit, vt pro illa & sanguinem profuderit, & animam  
posuerit, talem constituisse in hac sua Rep. politiam, talemq; ordinem, ac  
gubernandi rationem sanciuisset, qualis & charitatem, & sapientiam tan-  
tam decebat, & tam dilecto populo ad quietem salutemq; maxime con-  
ueniebat. Optimam autem esse Monarchiam ipsos quoque Philosophos  
gentiles docuisse. Præfuisse igitur vnum, qui vice sua vniuersam Ecclesi-  
am regeret. atq; ad supremum finem æternæ felicitatis apposite, ex sacra-  
rum literarum præscripto dirigeret. Eodem argumento, vtitur Bellar. de  
pontifice lib. 1. c. 1 & Saaderus de Visibili Monarchia, lib. 3. c. 3. Sed &  
olim Ioannes de Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 2. sic breuius  
collegit: Nemini dubium esse debet, quin Ecclesiæ regimen sit optime  
ordinatum: vtpote per eum dispositum, per quæ reges regnant, & legum  
conditores iusta decernunt. Optimum autem regimen multitudinis est,  
quod regatur per vnum: quod patet, tum autoritate Aristot. 11. Metaphyl.  
& 3. politicorū, tum ex fine regiminis. Pax autem & vnitas subditorum est  
finis regentis, vt inquit Augustinus; vnitatis autem causa congruentior  
est vnus quam multi. Ergo regimen Ecclesiæ sic à Deo esse dispositum  
credatur, vt vnus in eo toti Ecclesiæ præsit.

II. At hi omnes fœde peccant argumentando: quia affirmate in secun-  
da figura, vt loquuntur scholæ, Monarchia est optimum regimen: At Ec-  
clesiæ gubernatio est optimum regimen. Ergo Ecclesiæ gubernatio est  
Monarchia. Quomodo apud Ciceron. 2. de Natura Deor. Zeno conclu-  
debat mundum vti ratione. Quod ratione vtiur melius est, quã id quod  
ratione non vtiur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus  
vtiur. Hæc puerilia sunt: nec digna quibus immoremur.

III. Itaque prudentius Panigarolla in lectionibus Catholicis. lect. 6.  
parte 1. cuius argumentum in hanc formam contrahi potest: Omnis Res-  
publica optime constituta, regitur *μοναρχικῶς*. At Ecclesia est Respublica  
optime constituta, imo omnium in toto orbe rerum publicarum optima,  
optimeque constituta: Ergo Ecclesia regitur Monarchice.

IV. Respondeo primo ad minorem: inepte à Panigarolla dici Ecclesi-  
am omnium Rerumpub. præstantissimam. Respub. enim vel proprie su-  
mitur vel translative. Proprie, significare solet quoddam quasi cor-  
pus compositum ex multis hominibus iure quodam ciuili consociatis;  
quorum negotia publica quæ ad hanc vitam pertinent, certis regantur  
legibus. In quo Rerumpub. genere Christus negauit Ecclesiam numerandã;  
quam diceret regnum suum non esse de hoc mundo. Quare tamen inepte  
quis asserat Ecclesiã, quæ tamen nõ est Resp. omnium Rerumpub. esse præ-  
stantissimam; quam si quis contenderet omnium arborum hominem ef-  
se eloquentissimum. Iam vero, si translata significatione Reip. nomen v-  
surpetur, qua ratione rerum nomina permutantur ob quandam similitu-  
dinem, vel alias multas causas; concesserim sane Reipub. nomen Ecclesiæ  
tribui posse: quod vnum sit quasi corpus ex multis hominibus, quomo-  
do verè Respublicæ: at non aliter, quam sæpe docti temp. dicunt litera-  
riam. Iterum autem dico non minus inepte eum loqui, qui dicat Ecclesi-  
am, quæ respub. est non proprio, sed translato nomine, esse omnium re-  
rumpub. præstantissimam; quam si quis asseret Taurum montem esse om-  
nium taurorum maximum: vel Taurum fidus, esse omnium taurorum lu-  
cidissimū. Quæ phrasæ non possunt non esse absurdæ: vel quia nomina  
translata compatantur propriis: vel si vtrinq; eadem significatio ser-  
uetur, ea res pluribus conferantur, quæ tamen in suo genere sunt vnica.  
Taurus enim mons est vnicus eius nominis: Taurusque idem fidus. Eo-  
demque modo Ecclesia est vnica Respublicæ: id est, alterius generis ab o-  
mnibus iis quæ Respublicæ dici solent.

V. Secundo, quia ad confirmationem maioris, arguunt Monarchiam  
esse omnium præstantissimam regiminis formam: idq; probari tum au-  
toritate Philosophorum; & Theologorum: tum oraculo diuino: tum à  
natura: denique à proprietatibus optimi regiminis. Ideo hæc nobis mat-  
ria paulo fufius tractanda: perq; partes examinanda: vt ne quid in tanta  
segete, non diligenter exploratum, sed foruito siue concessum, siue ne-  
gatum; imo etiam dissimulatum abducatur nos procul à veritate.

VI. Hic igitur ante omnia notemus ne ipsum quidem Bellarminū pro-  
nuntiare Monarchiam omnem esse omnium Rerumpub. præstantissimam  
formam: sed tantum, circumstantiis seclulis, tum personæ, tum aliis. Hac  
cautione necesse est hoc argumentum fieri elumbe. Id enim idem est, ac si  
dicatur: non omnem, sed quandam Monarchiam; siue quoddam Mon-  
archiæ genus esse omnium præstantissimum. Maior ergo non erit vni-  
uersalis: Non enim omnis Monarchia erit præstantissima reip. forma:  
Itaque conclusio non erit necessaria, sed tantum contingens.

VII. Sed consideremus ergo Monarchiam vel *ἀρχὴν*, id est, seclulis  
omnibus circumstantiis, vt nuda ipsius Monarchiæ ratio habeatur:  
vel *ἡγεσίαν*, id est, vestitam variis circumstantiis. Si igitur *ἀρχὴν*; tum  
vero fatendum omnino Monarchiam simpliciter præstare omnibus al-  
liis gubernandi formis: vel hoc vno exemplo; quod quæcumq; creata  
sunt, reguntur *μοναρχικῶς*, id est, ab vnico Deo: Et quidem ita; vt non pos-  
sint sapientius, potentius, vtilius. Itaq; frustra Bellarmin. sudauit in de-  
monstrando hoc capite non controuerso. Sed quid hoc ad Oecumeni-  
ci Pontificis causam? Nam in canon *ἀρχὴν* Monarchiam consideramus,  
seclulis omnibus circumstantiis: quod in rebus humanis etiam frustra  
fiat, nec nisi per somnium: sed suis certis descriptam circumstantiis:  
tum personarum quæ regunt, aut reguntur, tum ipsius regiminis. Agi-  
mus enim non simpliciter, & indefinite de gubernandi formis variis: sed  
de regundæ Ecclesiæ ratione: idque his (vt alias omittam) additis cir-  
cunstantiis, & vt homo vnus mortalis, atque adeo *ἡγεσίαν* sit Mo-

narcha: & vt omnes omnino Ecclesiæ particulares, quotquot orbe toto  
numerari possunt, ei subiiciantur: & præterea hac regiminis ratione, quæ  
Ecclesiam deceat. Quemadmodū igitur apud Xenophontem merito va-  
trudit: non quod extraheret in Thesi, vtrum maiori grandis penula apranda  
esset: sed quia hac phantasia deceptus, non videbat sibi iudicandum,  
vtrum illa grandis penula detracta ab alio, detrahenti esset adiu dicandæ,  
sic nisi in disputando aduersarij ostenderint illis omnibus positæ circun-  
stantiis Ecclesiæ administrandæ Monarchiam esse ac commodatissimam:  
tum profecto illi nobis multo risu excepti pones dabunt: coque maio-  
res, quo magis etiam ad rauium Monarchiæ *ἀρχὴν* consideratæ laudes  
cantillabunt.

VIII. Placet vtgerere: vt agnoscat Sophista portentosam suam audaci-  
am. Quæstio est, Vtrum Deus instituerit Ecclesiæ regimen monarchicū.  
Affirmant: tamq; constanter, vt negent aliter bene sapienterque Ecclesiæ  
prouisum. Arguunt: quia non inst. tuisset Ecclesiæ suæ regimen optimum.  
Rationem si quæras, subiiciunt: quia Monarchia, seclulis circumstantiis,  
sit optimum regimen. Attendite: Nam inde necessario consequitur, aut  
non sapienter Deum prouidisse Ecclesiæ suæ: aut in ea formam regiminis  
instituisse monarchicam, seclulis circumstantiis. At hoc posterius manife-  
sto falsum ex Papistarum doctrina. Nam illis suis monarchia multis cir-  
cunstantiis circumscriptur: nec tantum iis quas diximus, sed insuper, vt  
sit Episcopus Romanus: vt sit electiuus: & si quid aliud. Quod quum ita  
sit: iam tandem necessario sequitur, Deum non prouidisse sapienter suæ  
Ecclesiæ. En labyrinthos, in quas seclis humana subilitas induit!

IX. Porro, ne quid obscuri remaneat, Monarchiam *ἀρχὴν*, omnibus  
præferendam absq; controuersia dicimus: quū qui præest, alterius est, &  
præstantioris naturæ. Sic optime oues pascuntur à pastore: sed is homo  
est, non ouis. Sic optime Deus mundum regit: sed is nullo modo pars est  
mundi; & natura sua longe lateq; differt ab omnibus rebus quas regit. Et  
in vniuersum, nullū dabitur exemplū Monarchiæ, quantumuis præstan-  
tissimæ cuius tamen monarchia, non sit alterius naturæ: cui non ostenda-  
tur multis modis præferenda ea quam iam descripsimus. Atq; hoc sensu, si  
concedatur ex vi propositi argumenti, id in Ecclesia constituendum re-  
gimen, quod *ἀρχὴν* omnium sit præstantissimum: hoc autem aliud nul-  
lum sit, quam id quod ab vno pendet, qui non sit eiusdem, sed præstantio-  
ris naturæ: sequetur esse Ecclesiæ regimen monarchicū quidem: sed ita,  
vt monarchia non sit homo aliquis, nihilo præstantioris naturæ reliquis  
fidelibus: ac proinde nullum Episcopum, nedum Romanum, in id digni-  
tatis admittendum: sed soli Christum suum gradum conseruandum:  
quem constat non esse *ἡγεσίαν* *ἀρχὴν*.

X. Iam vero, si Monarchiam *ἡγεσίαν*, id est, cum debitis circumstantiis,  
consideremus: videlicet, vt sit vnus nostræ naturæ homo qui imperet: &  
imperet omnibus per totum orbem Ecclesiis: tum vero negandum, hanc  
politice formam esse præstantissimam. Nam illud optimum præstantissi-  
mumq; gubernationis genus esse censendum, quod maxime vtilis qui gu-  
bernantur. Et huc referendæ omnes deliberationes hæc tāta de re. De qua  
si nunc agam paulo diligentius, mature deprecor inuidiam. Noui quam  
periculose soleat questio tractari in omnes partes: dum singulari in rebul-  
sue politice fauent ijs, penes quos rerum est summa: adeo vt capitale sit in  
Heluetiis, contra Democratiam disputare: apud Venetos, contra Aristo-  
cratiam: in omnibus regnis contra Monarchiam. Et me quidem in Gal-  
liis Deus natum voluit atq; educatum: in quibus & absolutissima & vni-  
uersissima, & laudatissima Monarchia: cui me ex animo fauere ille ouis, qui  
perferatur renes meos. Itaq; cauebo serio, ne contra Monarchiam dis-  
putem. Nihil obstat tamen, quo minus hoc argumentum pertractem:  
& ostendam mero fastu aduersariis nobis illudere, in re omnium maxi-  
ma. Et faciam tanto securius, quanto certius iam pridem mihi persuasum  
frustra eos laborare, qui siue Monarchiæ, siue Aristocratice, siue Demo-  
cratiæ laudes cantillent in thesi quasi *ἀεὶ ὁ ἀληθὴς*: cum nulla sit simplici-  
ter, & in se laudanda: sed tantum in certo subiecto, hoc scilicet, vel illo popu-  
lo, cui hæc sit magis accommodata ratio, quam alia. Ac proinde Venet-  
um credo suis Venetis prædicare debere Aristocratice laudes: quia sint  
iam diu plurima ab ea experti commoda. Sic Heluetiis Heluetium con-  
uenit populi maiestatem commendare. Sic deniq; Gallum Gallis, solem  
Monarchiam ingerere: quia id sit Gallicarum gentium ingenium, vt aut  
Aristocratice aut Democratice commode regi nequeant.

XI. Redeo ad id: vnde digressus sum, ad Monarchiam, non illam *ἀρχὴν*  
consideratam: qualis in rerum natura, excepta Dei maiestate, nulla est  
omnino; sed istam *ἡγεσίαν*, cuius in Ecclesia constitutionem cum ab eius  
præstantia concludunt aduersarij; eos dico peccare. Primo: quia cum cer-  
tum sit à Christo aliquod politice genus institutum fuisse in Ecclesia: non  
inuestigandum duntaxat; quodnam instituerit: at isti quæstionem mutam  
& quarunt, quodnam instituerit debuerit. Quasi nostrū sit officio quo-  
piam inquirere Dei voluntatē; ac non potius ex Dei voluntate eō iudic-  
tū *τὸ ἀεὶ ὁ ἀληθὴς*. Nam si ab eo constitutam esse constaret Democratiam: tum  
omnino concedendum foret; optimū Ecclesiæ regimen esse Democrati-  
cū. Nam Deus quum quid efficit, ita efficit, vt sit optimū. Sic homini quū  
in creatione naturam tribuit: etsi ea inferior sit multo natura Angelicā,  
quos non minus creauit quam homines: tamen eo ipso eam naturam se-  
cit optimā: non absolute quidem optimam: sed homini optimā. Et frustra  
nunc quis contenderit: Eam naturam hominis creasse Deum, quæ sit op-  
tima: esse autem naturam mere spirituale optimam; ergo naturam ho-  
minis creatam fuisse mere spirituale. Non ille profecto solertiam suam  
ostendet; sed temeritatem potius traducet. Proinde non sequitur, si  
quid extra Ecclesiam videatur præstantius; id esse in Ecclesiam aut trans-  
latum à Deo, aut transferendum ab hominibus.

XII. Nam quod solent proferte nomen, quo in Evangelio signifi-  
catur itentem Ecclesia; frustra faciunt vt probeat id politice genus à Chri-  
sto stabilitum. Quū enim loquimur de regimine Ecclesiæ, hominum ha-  
berit rationem, quibus regendi onus commissum sit, iam posuimus. Quæ-  
re non erit satis probare Ecclesiam esse regnum: sed quum relata sint Res  
& regnum, ostendi debet, Ecclesiā huiusmodi esse regnū, quod aliquem  
homi-



cum ab Imperatoribus est monarchiè gubernata. Et ipsius Romanæ tyrannidis in Ecclesia, quis historiam necit?

XXIV. Quare, cum ratione siue persuasione ducantur homines ad idè & probandum, & sequendum: maior autem sit vis, maius imperium, in Monarchia, quam ratio & persuasio: videtur ergo ineptior Monarchia ad eum finem assumendum, quem Bellarminus proposuit. Sed utrunq; hoc fit in Republica seculari, in qua non tam corda persuadentur, quàm externarum actiones diriguntur: certe in Ecclesia, in qua præcipue partes sunt conscientiarum, quæ cogi nunquam potest, sed persuaderi, eo inutilior erit Monarchia, quo magis abest à persuadendo; magisq; exercetur in cogendo. Propterea non sequitur optimam esse in Ecclesia, ut in Republica.

XXV. Tertia proprietas est, Robor ac potentia Reipublicæ. Illa enim gubernatio cæteris antecellit, quæ potentior ac fortior est rempublicam facit. Illa vero fortior est Resp. in qua maior est civium inter se coniunctio & conspiratio. Vires enim coniunctæ seipsis dissipatis fortiores sunt. At maior coniunctio est: ubi ab vno pendent omnes; quam ubi à multis. Et comprobatur facta experientia. Siquidem è quatuor potentissimis imperiis, tria sub regibus creverunt, Assyriorum, Persarum, Græcorum. vnum Romanum sub populari dominatu, sic tamen, ut nec in maximis perturbationibus sine Dictatore, id est, Rege ad tempus constituto, conferuari posset: & postea sub Augusto Monarcha multo magis flourerit.

XXVI. Respondeo: primum robur Reip. comparandum vel in diversis Rebuspubl. vel in eadem. Deinde maiorem civium consensum ambigè dici, vel cum multitudo civium consentientium est maior; vel cum, eodè posito numero, consensus ipse firmior est & sincerior. Si Rempubl. non secum compares, sed cum aliis, tum illa sine dubio fortior est, in qua maior est contentium civium numerus. Sed fieri potest, ut hoc robur deteriori politiarum accidat. Nam tyranni fortiores esse possunt multis non tantum Democratiis & Aristocratiis; sed etiam regnis: ut Tameianis vires facile fuerunt superiores Imperii Romani viribus: fieri etiam potest, ut non tantum Aristocratiæ, sed etiam Democratiæ, regna superent: quomodo Romani Antiochum, & Iugurtham, & Perseum, & alios reges. Cæterum hoc roboris genus, in Ecclesia est inutile: quia externis hostibus, nunquam illa restitit magno suorum civium numero: sed tantum paucorum constantia inuicta, imò singulorum ad martyria paratissimorum: & nunquam tam pura, tam sancta id est tam bene constituta fuit, quam ab initio, quum pauci essent fideles. Ad extremum etiam, cum vix fides in terris invenitur Christus prædicat, quis eam poterit magno suorum civium numero pugnaturam contra Antichristum?

XXVII. Quod si Rempubl. vnam eandemq; secum compares, tum vero firmior illa sinceriorq; civium coniunctio, multum addit ad robur. Sed cum vno oriatur ex interno potius motu, & persuasione magis quàm imperio: videtur etiam eam Remp. futuram robustiorem, quæ magis persuasione regatur, quam imperio. Itaq; maiorem esse conspirationem civium in Monarchia quàm in Aristocratiæ, & Democratiæ, falsum est. Falsum item in his dissipari vires Reipubl. Nam istas vel ex earum natura consideramus, vel ex incidentibus vitis. Ex natura si consideres, omnino vires vnitæ considerandæ sunt: nam ea natura est omnis Reipublicæ: & experientia suffragatur. Nam quis Romanæ Democratiæ vires neget unitas fuisse? Quis nunc dissipatas dicat Venetæ Aristocratiæ? Quod si vitia consideres, sit importundè: nam quis nescit Monarchiam suis incommodis non carere? Aut quis non meminit bellorum civilium cum alibi passim, tam in nostra Gallia? Ergo neq; semper in Aristocratiæ diuisæ sunt vires, neq; semper in Monarchia unitæ.

XXVIII. Quarta proprietas est stabilitas, ac diuturnitas: neq; enim negari potest (inquit Bellarminus) quin illa sit melior gubernatio, quæ stabilior, & diuturnior est. Quod si sic demonstrat: vim Reip. noxiæ diuidens in externam & internam. Contra externam, præcedente proprietate ostensum, esse fortiorē Monarchiam. Quoad internam vero, sumit minus esse casibus & mutationibus obnoxiam. Et probat; quia (Matthæi 12.) *Omnia regnum in se diuisum desolabitur*: difficilius autem diuidi possit Monarchia. Ratio est: quia id minus facile diuiditur quod est magis vnum: at magis est vnum ipsum simplex vnum, quam multitudo conspirans in vnum. Illud enim vnum est per se & naturaliter: & nihil aliud est, quam vnum: hæc autem solum ex arte est vnum: per se vero, & naturaliter multa. Igitur Monarchia, quæ pendet ab vno, minus facile scindi, destrui potest: quam Aristocratiæ, vel Democratiæ: quæ pendent à multitudine conspirante in vnum.

XXIX. Respondeo: Non bene diuturnitatem proferri in argumentum bene constitutæ Reip. Quemadmodum enim non est necesse eum hominem magis fuisse sanum qui diutius vixerit, etsi id accidat non nunquam: sic nec eas Reipublicas fuisse melius constitutas, quæ fuerint diuturniores. Aristotelis Ethicor. ad Nicomach. lib. 1. c. 6. *ἀρχὴ μὲν ἐστὶ τῶν ἀδύνατον εἶναι, μὲν δὲ ἀρχὴ τῶν ἀδύνατον εἶναι, ἐστὶ μὲν δὲ ἀρχὴ τῶν ἀδύνατον εἶναι*. Neque vero eo quod sempiternum, magis erit bonum, siquidem neque res candida diuturna, candidior est ea, quæ vnum diem candida est. Et quæso, ut agant nobiscum ingenue; respondeantq; quomodo dicant diuturnitatem esse argumentum optime constitutæ Reip. An sic, ut verum sit, recte constitutas Resp. esse diuturnas: an vero diuturnas esse recte constitutas. Atque etiam id ipsum: specialiter ne quasdam, an vniuersaliter omnes? Nam si specialiter, infirmant ipsi suum argumentum: quia erit quasdam Resp. vel bene constituta non diuturna: vel diuturna non bene constituta: ac proinde nec diuturnitas concludet Monarchias esse bene constitutas: nec breuitas inferret aut Democratiæ, aut Aristocratiæ esse male constitutas. Sin autem vniuersaliter ergo vel nulla regna oportebit esse breuia: vel si sunt quasdam breuia: falsum erit omnia regna esse bene constituta. Et rursus, vel nulla Aristocratiæ, nullaque Democratiæ erit diuturna, vel si sit, aut diuturnitas, non erit signum optime constitutæ Reipublicæ: aut erit quasdam Aristocratiæ & Democratiæ optime constituta.

XXX. Et ut exemplis etiam pugnemus: Respublica Carthaginensis fuit longe diuturnior regno Syracusano Dionysij: Respublica Romana regno Macedonico: Respublica item Veneta regno Neapolitano: Quid er-

go? Alterutrum sine dubio fatendum, aut non esse diuturnitatem argumentum bene constitutæ Reip. falsoque Bellarminum dicere illam esse gubernationem meliorem: quæ sit stabilior, vel illas Reipublicas, illas regnis melius fuisse constitutas. Vtrumvis Bellarminus asseruerit, causa cadit. Nam si illud: ergo præstigiator est, qui ut nobis imponat, id proferat pro argumento, quod seipsum non esse argumentum. Sin hoc: ergo falsum est omnem Monarchiam esse melius constitutam qualibet Aristocratiæ & Democratiæ.

XXXI. Sed rem ipsam propius intueamur: Euertuntur Respubl. vniuersa, vel interna vel externa, licet enim distinxit Bellarminus: & recte. Contra vim externam; opponit maius illud robur, quod in Monarchia esse dixit, in 3. proprietate. At nos ostendimus in Monarchia, ob id ipsum quod sit Monarchia, nullum esse maius robur quam in Aristocratiæ, ob id quod sit Aristocratiæ: aut in Democratiæ, quatenus Democratiæ. Et sane si aliter se res haberet: primo nullum regnum esset alio regno robustius, nam in vtroq; æq; Monarchia: deinde, nulli Aristocratiæ vel Democratiæ robustior vlla Monarchia. At contra, non tantum Regnum Græcorum fortius fuit Regno Medorum: sed etiam Resp. Romana longe fortior regno Græcorum: quod nunquam factum esset: si contra vim externam, Monarchia, eo ipso quod Monarchia, satis munita esset sui regiminis viribus.

XXXII. Ad vim internam quod attinet, insigniter Sophistam Bellarminus egit. Omne regnum diuisum in se desolabitur; oraculum est diuinum. Sed Aristocratiæ, Democratiæq; regnum esse diuisum in se, quis Bellarminum docuit? imò cui se persuasurum sperauit Bellarminus? Nam Christus intellexit eam diuisiōem, qua fit ut pars, partem interdat: quod fit in seditionibus. At ea seditiones eaq; diuisio, non est Aristocratiæ aut Democratiæ natura: sed morbus. Imo potius morbus non Aristocratiæ tantum aut Democratiæ, sed in vniuersum Reip. Atq; adeo docuit experientia intestinis civibusq; bellis regna esse non minus obnoxia. Quin plura opinor numeres in Gallico nostro regno, quam in Aristocratiæ Veneta, aut Democratiæ Helueticæ. Et in ipsa Romana Rep. quæ diu Maestas fuit penes populum, esse sepe seditiones obortæ: tamen pauciores fuisse certum est, quam ex quo Imperatores regnare cœperunt. Deniq; hic ipse sermo vnde prodit? Certe à regno. Nonne enim Christus dicit: *Omne regnum diuisum? Et regnis ergo metuenda hæc pestis: non soli Democratiæ.*

XXXIII. Difficilius solui quod per se ac naturaliter est vnum, nemo sanus negauerit. Sed inter ea quæ sic sunt vnum, Monarchiam numerare, insignis est vel rerum imperitia; vel audacia. Atq; adeo ne Bellarm. quidem autus: qui assumendo tantum dixerit Monarchiam ab vno pendere. Cui autem mentis non emoratur persuaserit, idem esse, pendere ab vno, quod, per se, & naturaliter vnum? Monarchia per se & naturaliter est multitudo, æque ac Aristocratiæ, & Democratiæ. Est enim omnis *πολιτεία πολίων*, apud Aristot. Politicor. 3. c. 6. *ἢ τῶν πολίων οὐκ ἔστιν ἑνὸς*, c. 1. *πολις αὐτὴν καὶ πολίων καὶ ἑκαστὸν ἑκαστοῦ τῶν πολίων*: Est igitur multitudo conspirans in vnum. Itaq; Polybius lib. 6. *ἂν τὸ πᾶν ἴσως ἂν ἴσως ἂν ἴσως ἂν ἴσως*. Non est qualibet Monarchia, Regni diuisio: sed tantum quæ ex sponte. Quod si fiet: ergo non aliter regnum vnum est, quam arte, nempe quatenus fit, ut multitudo, quæ constabat ex infinitis indiuiduis dissipatis, pendat ab vno, ad quem communi consensu delatum est imperium. Quamquam non communis tantum consensus efficit regnum, ut Polybius putabat; sed etiam vis; & quidem sapiens. Sed si fit regnum: tum eo infirmius necesse est esse: quia prima statim oblata occasione resiliunt partes, violenter vitæ. Ut accidit imperio Rom. cui inuitæ, nec nisi multis bellis serò domitæ parebant olim Gallia, Hispania, Anglia; aliæque plurimæ nationes, quæ tandem iugum excoisere. Sin t. sponte fiat; q. Polybius necessarium putauit; tam nullum habet Monarchia maius vniculum, quam Aristocratiæ, quam Democratiæ. Itaq; nullo argumento conficitur Monarchiam esse tutiorem, eo ipso q. Monarchia est, ad eius vim cum internam tum externam, quæ sint reliquæ formæ Reip.

XXXIV. In Ecclesia vero, vim externam appellamus persecutiones ab infidelibus excitatas: aduersus quas vident omnes nullum esse præsidium Ecclesiæ, in suo robore: cum non pugnet armis carnalibus, & patiendo potius vincat. Quod si quando armis carnalibus defensa fuit: certe nonquam suis: sed Reip. id est, alienis, mutuariisq;. Nunquam enim nisi sub Papatus tyrannide, auditus est exercitus Ecclesiæ, milites Ecclesiæ: & similia nomina vsurpata tum temporis cum Episcoporum Romanorum in tantum exercuit audacia, ut Imperatoribus, Regibusq; bellum inferre audeant. Certe Agidius Viterbensis in Concilio Lateranense sub Iulio huic Pontifici datum testatur, quod non mini antea, ut militia Ecclesiæ magna magnis regibus metenda faceret. Hæc ergo ratione duratio Ecclesiæ non pendet ab eius externo regimine, quodcumq; id sit. Vim autem internam vocamus hæreses, & schismata: nam sic sæpe *ἐμφυλίαι πολέμοι*: Patres nominarunt. At hanc vim contra; nonquam *μὴ ἀρχὴ τῶν ἀδύνατον εἶναι* ut ita dicam) ob Ecclesia pugnatum: sed auctoritate Conciliorum, vel doctorem hominum disputationibus; quod ipsa probat historia. & nos alibi suffus explicamus.

XXXV. Quinta ac postrema proprietas est, facultas gubernationis. Multum enim refert (inquit) facile an difficulter obtineri possit, ut ciuitas bene gubernetur. Facilius autem esse, ut ab vno recte ciuitas regatur, quam à multis: his probat argumentis. Primo, facilius est vnum hominem bonum reperire quam multos. Secundo, populi facilius vni parebunt quam multis. Tertio, Magistratus, qui per vires, atque ad breue tempus Reip. gerant, sæpe coguntur prius de onere prouinciam, quam negotia plene cogouerint: Rex autem semper eodem officio fungitur: itaque tamē tardior interdū sit ingenio, tamē vsu atq; experientia multis aliis præstat. Quarto: anui Magistratus negotia Reip. eo quod non propria, sed communia sint, quasi aliena respiciunt: Rex vero tanquam sua & propria curatur autem est, cum facilius, tum etiam diligentius propria quam aliena curat. Quinto: ubi multi sunt qui regunt, vix fieri potest, ut ab sit ambitio, ambitio, contentio: ex quo non raro fit, ut alij alios impediant: at vero Monarcha, quia non habet cui inuideat, aut cum quo de gubernatione contendat, facilius omnia moderatur. Sexto, quemadmodum in amplis familiis, ubi multis seruis idem ministerium assignatur, negligenter ne-

ter negotia procurantur, quod vnus alij prouinciam communem relia-

XXXVI. Respondeo, gubernationis facilitatem nullam maiorem esse in Monarchia, quam in alijs Reipublice formis. Imo contra in his maiorem. Quia infinita negotiorum mole in plures distributa, omnes sine dubio facilius sustinent, quam vnus: vt oneri ferendo baiuli multi sufficiunt, cui vnus nullus par esse queat. Comprobat autem experientia. Nam ipsi Monarchae necesse habent, multos sub se officarios constituere per singulas prouincias; quorum alij aetario praesunt; alij iuri dicando; alij bello gerendo: Adeo quidem, vt in hoc solo Galliae regno eiusmodi officiariorum numerus, longe excedere dicatur summam centum millium. Et quidem ita, vt non semper singulis sua certa distributa sint officia: sed etiam pluribus eadem in commune. Nec tamen hoc regnum eo negligentius administrari quisquam queritur.

XXXVII. Ad primum autem argumentum respondeo. Primum: non esse commune cuiuslibet Monarchiae: cum tamen vniuersaliter Monarchiae causam disputandam Bellarminus suscepit: sed proprium electioe. Nam in haereditaria non eliguntur viri, sed dantur a natura; & plerumque monstra hominum potius, quam homines: vt taceam pueros: taceam mulier. s. Io violenta frequentissimi sunt, qui scelera tissimi. Secundo in ipsa electioe (cuius partes Bellarminus proptie tueretur) non pauca sunt, quae infirmant hoc argumentum. Nam infinita exempla probant, ex bonis viris plurimum fieri pessimos principes, vt Tiberius, vt Neronis: atque adeo paucos numerari, qui ex priuata fortuna in Monarchiam euecti, non profecerint in deterius. Deinde ipsa electio, quot modis, quae, vitia solet? Praeputio, Corruptio, factiones. Illa, cum praesenti pecunia principatus emicitur. Haec cum potentes supremum quisque gradum ambiunt: & sciuntur ij quorum electionis ius est: *Εν τῇ δημοκρατίῃ οὐκ ὁ παρρησιάζει τὸ μῦθος*. Et autem vitia cum ad sunt singularia, nedum omnia, vix miraculo fieri potest, vt optimus eligatur. Quid praesentem dicam necessitatem, quae non tam optimo quam *τὸ πρῶτον* rerum habenas dat in manus? Sic Herodianus testatur mortuo Antonino, & Audente imperium reculante, Maximinum electum: *Ἐξ ἧς ἔτις δὲ οὐκ ἔστιν ἔτι σπουδῆς, ἀλλ' αἰσχροῦ καὶ ἀπειροῦ*. Non tam beneuolentia fidei, militum, quam necessitate perueniunt, praesenti lib. 4.

XXXVIII. Atque haec electionis vitia eo sunt nocentiora, quo minus cohiberi possit Monarchiae auctoritas, quae se iudicat *αὐτὸν δίδωμι*, & vt Herodotus loquebatur, *αὐτὸν δίδωμι*. In Democratia vero & Aristocratia, etiam possunt eadem accidere in electione magistratum: tamen non adeo solent esse noxia: quia Magistratus non sunt *αὐτὸν δίδωμι*, aut *αὐτὸν δίδωμι*, sive *ἀκρόν*: sed *λεῖτεροι*: & cohiberi possunt ab idem a quibus creati sunt: cohiberi autem & post depositum Magistratum: & tamen etiam cum Magistratum gerunt, vel coacti renuaciant, vel etiam depositi. Astipulari experientia. Nam hinc celebre illud cuiusdam dictum, omnium bonorum regum nomina si colligantur, facile annulo inscribi posse: quod de Aristocratia, Democratia ve magistratibus nemo dixit vaquam.

XXXIX. Secundum argumentum nego esse vniuersale. Sunt enim populi, qui vniuersam libenter pateant: vt olim testantur historia infirmum fuisse libertatis amorem: tantumque odium tyrannidis; vt tyrannidiae certa essent proposita praemia. Deinde, multos populos simul, vni Monarchae parere inuitos quotidie videmus, non minus quam vni Democratiae, Aristocratiaeue. Neque enim maiora bella fuerunt Carthaginensium: aut Attali contra Romanos: quam Datij, Porcie contra Alexandrum: & nostro saeculo Regum Franciae & Hispaniae inter se. Quod, si verum esset, multos populos vni melius fauiliusque parere: non quam profecto populi se e tantis bellorum periculis obiecerunt. Et quis nescit diuersos populorum mores, diuersa ingenia, non raro etiam contraria, haud paruo esse impedimento, quominus vni eadem que omnes pareant Monarchae? Nam & miraculi instar ab historicis notatur in *Ἰνδίοις* illis exercitu, non quam ortam seditionem. Tertio, non cuiuslibet, sed bono tantum Monarchae: quique ipse se legibus subiciat, populi libentes seruiunt, qui tamen raro contingit, similis vni Cygno.

XL. In Ecclesia vero tanto inopertius sit hoc argumentum, quanto certius constat regende Ecclesiae rationem non imperium esse, sed *ἀναγιγνωσκον*. Atque adeo historiae testantur, tum vni auctoritate in usurpanti sapientius Ecclesias restitisse: ipsi aduersariis testibus, diligenter enumerantibus schismata, quae vocant Ecclesiae Graecae, & Carthaginensis, & Constantinopolitanae, & Raenensis, & Gallicarum: tum omnes libenter obtemperasse pluribus: hoc est Conciliis. Adeo vt necesse fuerit ipsi Episcopo Romano, quot esurui voluit, eliquarum communionem, id est, vt loquuntur schismata, extinguere, rem ad Concilium deferre: quod de Graecis prolixè docet Antonius h. storiae parte tertia titulo 22. cap. 13. enumeratis duodecim schismatis, quorum pauca alter sedata sunt. Et in Actis Apostolicis, qui vni Paulo non obtemperabant, summo Pontifici, id est, Apostolo, in vsu legalium, obtemperarunt Synodo Hierosolymitanae.

XLI. In tertio argumento, insignis fallacia, cum sermo sit de ijs penes quos summum est imperium. Subito transire ad Magistratus annuos. Cum tamen vbi que, id est, in omnibus Reip. formis, ij penes quos summum est imperium, sint perpetui. Imo in Aristocratia iide n Reip. gerant, & magistratus obtineant Possint etiam Magistratus esse perpetui, vt apud Laedemonios, Reges, Venetijs Duces. Denique ad Ecclesiam hoc non pertinet, in qua Pastores sunt perpetui, non vero anoui. Quamquam oportet non esse perpetuum: alioquin nulli vnquam annui Magistratus rem bene gessissent: quod est falsissimum, atque adeo plures in vna Romana Reip. annuos Magistratus numerari in omnibus Reip. partibus magnos, quam Imperatores, quantumuis perpetuos. Nec quisquam dubitat Brutos, Publicolas, Coruncanos, Fabios, Scipiones, Pompeios, longe praesentendos Tiberijs, Neronibus, Caligulis, Domitianis, Caracallis, Helio-gabalibus.

XLII. Ad quartum: Primo, nullam vim id habet in Electioe Monarchia. Non enim sua possunt dicere ea quae ad Rempublicam attinent, ij, ad quos sola administratio, dum viuunt, pertinet, quasi ex fideicommissio: sic vt in eam nullum ius sit eorum liberis; aut cuiquam ex eorum genere. Quo fit, vt non raro intentiones sint, vel mutando statui, vt ex electio reddant haereditarium: vel certe minuendo, vt inde suos augeant, quo iure quae uoluntaria: quod studium perpetuum esse Episcopis Romanis historiae loquuntur. Secundo: qui suam & propriam censent Monarchiam, eadem facilius abutuntur: cum se non propter populos esse creatos putant: sed contra populos propter se. Inde Samuelis ad populum grauissima admonitio 8. c. prioris libri: vbi multa enumerat, quae sibi usurpauerant reges: quae tam leuia sunt, praesens; quae vsu quotidiano cernuntur. Magistratus autem eo ipso quod se creatos norunt ad administranda negotia non sua, sed publica: atque ita quidem, vt sit ratio reddenda, diligentius funguntur suo munere. Itaque plures numerari possunt in Romana Reip. Consules optime functi suo magistratu, quiq; se ac sua omnia ad commune bonum retulerunt, quam Imperatores & Reges.

XLIII. Iam vero in Ecclesia, haec ratio locum nullum habere potest: Quia diserte Christus, *Reges gentium dominantur eis, vos autem non sic*. Et Petrus: *Pascite gregem, non tanquam dominantes cleris*. Quae verba verant Ecclesiae pastores sic res Christianorum administrare, quasi earum essent domini; easque proprio iure possiderent; mancipatasque haberent. Et tamen ex omnibus Rebus, nunquam tot magistratus bonos excerpas, quot ex Ecclesia fideles Episcopos. Ratio haec vnica est, quod sese norunt non suum possidere: sed Domini gregem pascere. Cum id vero dicitur, constat conscientiam urgeri; qua nihil est in omnes partes potentius. Ac potro ab experientia praeteritorum temporum, in futurum spes esse potest certa, non defuturos, qui hanc ipsam ob causam eodem ipso munere fungantur religiose: etsi in tanta motum desperatione, tanta etiam pessimorum exemplorum multitudine; videatur nihil non merendum. Sed nouit Deus qui sui sunt: potest etiam e lapidibus suscitare filios Abrahamo.

XLIV. Ad quintum: Ne Monarchia quidem aemulationis periculum cauet. Tum quia sub vno Monarcha necesse est plurimos esse inter se pares; qui contendant *ἀλλήλων*; etiam desperat se solum regnum occupaturos. Cur non enim, & que ac in Democratia? Nam hic, etiam Maiestas semper sit penes populum: tamen illae aemulationes oriuntur nimium sepe. Tum praecipue, quia ipsi Monarchae plures inuident. Vnde in Imperio Romano tot aduersus ipsos principes coiurati. Neque enim tantum aemulatio solet esse inter pares: sed etiam aduersus maiores inuidia. Sic his paucis elapsis annis, notunt omnes quas tragedias excitarint in Gallia, omnium regnorum regno absolutissimo, ij qui in Reges regnumque coiurauerunt: quod eo libentius Bellarmino in memoriam reuocari; quod certo sciant omnes non fuisse nullas in ijs turbis eius operas & fouendis, & augendis; cum suo Cardinali Caietano. In ipsa Ecclesia, quis ignorat contentionem Episcoporum Constantinopolitani, Raenensis, Romani? Quis aut papatum schismata non audiuit? Et quidem in annos plurimos? Haec nimirum nullam aemulationem redolent: Haec scilicet in Monarchia Ecclesiastica nulla erant: siue incommoda, siue pericula?

XLV. Ad sextum. Primo in curiae periculum non est perpetuum: alioqui nulla vnquam Aristocratiae, Democratiaeue, recte fuissent administratae: quod contra est. Nam quandiu Romana Reip. permansit Democratia, quam plurimos habuit, qui negotia publica non secus curarunt, quam si ad se proprie pertinerent: nec paucos, qui suis propriis praetulerunt. Deinde, id tum accidit, cum pluribus nullo designato idem munus tractandum relinquatur potius quam committitur. Sed nihil obstat, quominus publica negotia curentur; cum singula certis quibusdam, aut singulis, aut etiam pluribus specialiter demandantur: vt Romana duobus Consulibus; aliquando etiam sex Tribunis militum: qui, quia specialiter erant nominati, non indigentius suo fungebantur officio, qua Dictatores, qui erant singuli. Tertio multo magis vetendum, ne vni & soli commissa infinitorum negotiorum moles, non modo indiligenter curetur, sed etiam magna ex parte intacta relinquatur: cum ei vnus homuncio par esse nequeat. Cui si iam alios substituas; quare, quam obrebit in reliquis formis Reip. periculosior sit multorum administratio, quam in Monarchia? In Ecclesia vero is ordo est, vt non indefinitè omnes omnibus partes committantur, sed singulae vel singulis, vel pluribus paucis tamen, & designatis. Hoc modo Ecclesia Antiochena cum primum cepit a Barabae & Paulo est administrata: sic Ephesina, teste Luca, a pluribus Episcopis. Denique sic Apostolis & omnibus & singulis tota creata est Ecclesia: vt ipsi tamen sibi prouincias sumerent, Paulus Gentem, Petrus Circumcisionem, Thomas Indiam, Ioannes Asiam; alij alias. Quis hoc negat? Reip. periculum, non necessarium est in Reip. non Monarchica: & multo minus in Ecclesia.

XLVI. Sed Monarchiae praesentiam duobus adhuc argumentis Bellarminus tueretur; ab antiquitate tum diuina, tum humana. Deus (inquit) tribus modis ostendit Monarchiam esse optimum regimen. Primo institutione generis humani, quod fecit ex vno semine, teste Paulo Actor. 17. producentis virum ex humo, & feminam ex vtro: cuius causam Chryostomus esse dixit, vt esset inter homines non Democratia, sed regnum: hominibus 34 in priorem ad Corinthios. Secundo, cum omnibus penes rebus in se uicem naturae in propensionem ad Monarchiam: sic in qualibet domo vnus est paterfamilias, ad quem pertinet gubernatio coniugis, filiorum, seruorum, rerum denique ceterarum sic maxima pars orbis terrarum a regibus gubernatur & quidem antiquior ea forma est, alijs: teste Iustino lib. 2. Sic etiam animantia rationis expertia, vnus principatum ex oetere videntur: vt apes, greges, armenta, greges. Tertio: cum Reip. instituit Hebraeorum: in ea enim primo Patriarchae Principes: deinde Duces: tertio Iudices: quarto Reges: tum iterum Duces.

XLVII. Sed haec superioribus non sunt ab similia. Ad primum respondeo, in Adamo agnosci Patriam potestatem: non vero Monarchiam. Sunt autem haec duo potestatis genera longe diuersa. Nam illa ad



si sumere nimium prætergressis pudentiæ finibus. Pugnantilli tamen: & pe. inductionem probare conantur hanc suam ab initio mundi Monarchiam Ecclesiasticam, variis exemplis: quæ nobis nunc ad examen reuocanda.

IV. Primum exemplum Adami: quem quoad vixit, id est, annos non-gentos triginta, Monarchiam Ecclesiæ fuisse voluit, imperantem primo vtrius, deinde liberis: & ita quidem, vt peccarit primum Eua, eo quod cum tentaretur, rem totam ad caput suum non reuocaret: deinde Cain, cum excusso patris imperio, Auelem fratrem occidit. Sed deinceps vidit Adam filios filiorum in multis generationes: & vixit cum Seth annos octingentos: cum Enos sexcentos nonaginta quinque, cum Cainam quinque & sexcentos: cum Malaleel quingentos triginta quinque: cum Jared quadringentos septuaginta: cum Enoch trecentos & octo: cum Mathusalem ducentos quadraginta nouem: cum Lamech quinquaginta sex: quæ sancta progeni: illi tanquam parenti primas concessit, & dictis paruit.

V. Respondeo, Adamum præfuisse tum vtriusque tum liberis, non iure religionis, sed naturæ: quomodo etiam apud Ethnicos: & multo magis apud Christianos, qui norunt mulieris caput vitum esse: & honorari à liberis patres debere. Atque adeo idem ipsum ius, quo Adam præfuit, perseverat ad finem vsque mundi: profertque se in omnes vtriusque partes, nulla excepta. Itaque non potest inde concludi, quid in Re- publica, multo minus quid in Ecclesia faciendum. Nisi forte sic Eccle- siam nomines, quomodo Paulus τὴν ἑκείνην οἰκονομίαν, domesticam Ec- clesiam: cap. 16. in Epistola ad Romanos, tum prius ad Corinthios: & ad Colossenses 4. & ad Philemonem; significans prout vtriusque fami- lias, adeo pie institutas, vt Ecclesiæ instar essent: ἐπὶ πατρικίῃ ἡσυχασίᾳ, ἢ τῷ εὐαγγελίῳ οὐκ ἐκείνην εἶναι, inquit Occumenius, quod cum vniuersa familia fidelis essent: adeo vt tota domus esset Ecclesia. Quomodo etiam hodie, quilibet patris familias suos omnes & admonere, & instituere de- bet in timore Domini. Inde Paulus, tam in Episcopis diligendis, vult hoc obseruari, Qui sua domui bene præsit: qui liberos contineat in subie- ctione cum omni honestate. Nam si quis propriæ domui præfuisse nescit, quo- modo Ecclesiam Deicurabit? Tum in Diaconis, Sint (inquit) vniuersi v- xoris mariti; quilibet recte præsit, & propriis domibus. Hæc igitur Eccle- sias, conceditur ὑποτάξασθε gubernandis: Sed ex ad hoc institutum non pertinent.

VI. Peccasse Eua & Cainum: quia non consuluerint Adamum, diuinitio est. Constat peccasse: constat non consuluisse: sed peccasse, quia non consuluerint, triuolum est. Ac de Eua quidem, quis credat? quum videat Adamum, cum ad se factum deserretur, non tantum non reprehendisse; sed etiam ipsum cum nunquid esse peccato? Quan- quam hoc nihil ad rem: Sæpe enim accidit, vt quis a peccato abduca- tur, si rem communicet, non iis tantum quibus subest, sed etiam alicui ex sociis.

VII. Secundum exemplum: Seth, defuncto Adano, superstes fuit annos centum viginti: quem Philo testatur, & ipsam virtutis studio fitorum dedisse: nepotesque sui similes reliquisse. Sed huius eadem ratio, quæ Adami: quia Ca-no facta apostata: dei cæps Ecclesia redacta fuit in domum Sethi: qui præerat iure patris familias: non vero summi Pon- tificis.

VIII. Tertium igitur exemplum: Setho natus est filius Enos, qui patri superuixit annos nonaginta octo. Ipse autem (inquit Moses) cepit inuocare nomen Domini. Non quod ante eum hoc ipsum nemo fecisset: sed quod magis aucto humano genere, ille magis in dilatando diui- no cultu laborarit. Vel potius iuxta Sanderum: Quia cultus Dei suo proprio & peculiari principio carere non debuit: itaque primum constitit in Abele: deinde, illo sine liberis mortuo, in Seth ac fi- liis eius.

IX. Atqui de Enos, præter meras præiudicatasque diuinationes, habent omnino nihil quod afferat. Nam post Sethum, iam in fami- lias diuisum est genus humanum, etiam pium, & a Caini Apostasia abhorrens: singulis autem familiis suos fuisse patres familias, dubium nullum. Locus autem, Ille cepit inuocare nomen Domini: non est ex veritate Hebraica; sed ex peruersione Latina. Nam Hebraice est, Tunc cepit ad inuocandum nomen Domini, vt ad verbum expressit Arias: vt notetur non persona, quæ ceperit, sed tempus quo ceptum est. Nam & הוֹרָא non actum est, sed passivum. Sensus erigitur Enos in mundum edito, cœtum יהוה בשם לקרא: quæ verba varie expo- nuntur. Alias, inuocare nomen Domini: v. significat: tum externo cul- tu distinctam fuisse Ecclesiam, à reliquis hominibus: quod in ea in- uocaretur peculiari iure Domini nomen. Sunt tamen, qui vertant, Vo- care de nomine Dei: id est, tum temporis ita distinctos fuisse cœtus re- ligionis causa; vt etiam nomine distincto significaretur: & alij qui- dem essent filij hominum, alij filij Dei. Vt postea cap. Cum viderent filij Dei filios hominum. Hic igitur significari volunt, eam nominum di- stinctionem initium sumisse post natum Enos. Quæ interpretatio & facillima est, & absurdi nihil habet; congruitque non tantum grammatice constructioni; sed etiam historice contextui.

X. Quartum exemplum: Post Enos, Cainam, quinque & centum annos: Malaleel quadraginta quinque: Jared centum quinquaginta duos: Mathusalem ducentos triginta quatuor, Ecclesiæ Monarchiam obtinuerunt. Sanderus duobus id probat argumētis. Primo: quia ista illa secuta sit ordinem naturæ; quæ etiam inter geminos primo- genitum nouit: altero; quia credendum, inter posteros Sethi ante di- luuium, in præfectura & successione, seruata esse eam legem, quæ postea seruabatur in Abrahamo ac filijs eius. Tertium Coccicus ad- dit, quia Petrus posterioris secundo, Noë vocat octauum præconem vtriusque, quod intelligi nequit, nisi numeremus; Adamum, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Jared, Mathusalem: quibus septem octauus suc- cesserit Noë.

XI. Nos vero negamus vllam illos Ecclesiasticam Monarchiam obtinuisse: sed in sua quemque familia naturalem; vt paulo ante di-

ctum. Ad primum autem argumentum respondeo, non constare vllum vnquam ius fuisse primogenituræ in religionis negotio: Ne in reli- quis quidem rebus: nisi quoad omnes intra eandem familiam. Sed in multiplicatas, nullum exemplum esse prolatæ autoritatis. Nec si Sem fuit primog- nitus, ideo legi fratribus Cham & Iaphet, aut eorum posteris, in varias prouincias distractis, imp- itasse: Non Abraham; Nachori & Harano.

XII. Sed natura agnouit ius primogenituræ. Recte; inquam, in successione paterna: in hæreditate heriscunda. sed in religione tem- peranda, falsum. Atque adeo Theodoretum audi quæst. 108. in Genesim: ἐπισημαίνω ὅτι πάντες οὗτοι ἄλλοι ἄνευ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἀπέλασαν. Notan- dum est, vtriusque primogenitus minores natu præferri. Et habuit illustre exemplum patris manibus Ephraim & Manasses. Sed cum lauit alia: καὶ τὸ ἕκτον ἀπέλασαν Ἄβελ: καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν. Nam Raino præfuit Abel: & Iapeto Seth, iunior. καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν, καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν, καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν, καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν. Et Ismaeli, Isaacus: & Esau Iacobus: & Ruben Iudas, Iosephusque: & Ma- nassa, Ephraim. τὸ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα εὐροῖ τις ἂν καὶ γὰρ τὸ Ἄβελ οὐκ ἀπέλασαν, καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν, καὶ τὸ ἑβδόμη οὐκ ἀπέλασαν. Idem in se- quentibus reprehenditur. Nam Aaroni præponitur Moses, & David minor fuit septem fratribus. S- τιν' id enucleate?

XIII. Atque adeo in secundo argumento sumitur partim falsum, partim incertum. Falsum est, in Abraham liberis primogenituræ ius fuisse obseruatum. Nam quis nescit Isaacem annis minimum quatuor- decim fuisse maiorem Isaac? Nam Genesios decimo septimo annor- um fuisse dicitur tredecim cum est circumcisis: Et post capite decimo octauo, promittitur nati- tas Isaac intra annum. De Iacob & Esau, nonne dicitur est, Maior seruiet minori? Genesios 25. repetitum & inculcatum à Paulo 9. ad Romanos. Quid Ephraim dicitur; & Aa- ronem?

XIV. Ne Semo quidem primogenitura fuit: neque vero etiam Abrahamo, contra quam Sanderus asserit. Quod vel ipsi demonstrant digiti. Certe Genesios 10. dicitur עֵבֶר בְּנֵי-בְלָא אַבְרָם הָיוּ אֶת-יִרְמְיָהוּ הַדְּרִי וְיִרְמְיָהוּ אֶת-יִרְמְיָהוּ הַדְּרִי. Editio Græca sic reddidit: καὶ τὸ Σὴμ ἔχον ἡγήνη καὶ αὐτὸς καὶ τὸ Σὴμ ἔχον ἡγήνη καὶ αὐτὸς καὶ τὸ Σὴμ ἔχον ἡγήνη. Hoc est: Et Semo natus est etiam ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Iaphet maioris. Et sic paulo ante citabat Theodoretus; in eamque sententiam vtebatur: At Latinius interpres, De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum He- ber, fratre Iaphet maioris: vnde natus erit, vt Sem nonnullis diceretur maior natu ipso Iapheto: ac proinde maximus trium. Nam Cham fuisse nimum, dicitur notatum capite nono.

XV. Et vero fateor seriem etiam textus Hebraici esse ambiguam. Sed annorum putatio licet dicere sufficiens est Genesios 5. Noë, quum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet. Qui- bus verbis manifestum, significari cœpisse Noëchum generare an- no ætatis suæ quingentesimo. Nam qui somniant, anoum potius no- tatum, quo postremis horum trium generis sit (de quibus non nihil dixit Pererius) valde sui dissimilem faciunt Moysen, qui alias semper solet aliter. Sexcentesimo autem eiusdem Noachi anno manifestum est diluuium fuisse. Quare, si notus Sem esset anno illo quingentesi- mo Noachi: ergo biennio post diluuium oporteret fuisse natum tri- nosecutum & duos. Atqui fuisse constat duraxat centum. Testis Moles cap. 11. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxat biennio post diluuium. Potest ne quicquam demonstrari clarius?

XVI. Nam quod commentus Caietanus est: non dictum Se- mum anno suo centesimo genuisse: sed distrahi partem illam, quæ dicit natum annos centum; ab ea quæ genuisse: sua ipsa perit absur- ditate. Cur eam tam dissimilem sui Moysen facimus? Dixit cap. 5. Et fuit Noach filius quingentorum annorum (ei est enim phasis He- braea) Et genuit Noach Semum. Dixit 7. Et Noachus filius sexcentorum annorum: Et diluuium fuit. Dixit 17. Et fuit Abraham filius nonaginta nouem annorum: Et apparuit Dominus Abrahamo: neque dubitat quis- quam iis phrasibus designatos ipsos annos; quibus eæ res sunt ge- stæ: & nunc similem; imo potius eandem phrasin persuadebit Caieta- nus non idem significare? Æque ridiculi qui rotundatum nume- rum dicunt. Et centum annos numeratos, qui esset centum & duo. Nam quo docent exemplo? Vixit Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixit Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Jared. Vixit Ia- red centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoc. Vixit Methusela post- quam genuit Lamech, duos & octoginta annos, atque septingentos. Vixit La- mech duos & octoginta annos, atque centum, & genuit filium. Rehu vixit duos & triginta annos, & genuit Serug. Quid omnia colligam? His & similibus anni nihil circumcissum: nihil diminutum: Et hoc vno lo- co sui tandem oblitum Moysen credimus? Denique videant quanto hoc Chronologie periculo dicant; ij maxime, qui ne iuchoatos qui- dem pro completis volunt annos admittere.

XVII. De Abrahamo non dissimilis ratio: et si difficultus nego- tium, propter magnorum Chronologorum autoritatem. Extremo cap. Genesios 11. Thare dicitur vixisse annos quinque supra du- centos: in vtriusque in Charran. Genuisse autem anno ætatis septua- gesimo. Vnde necesse erat, tum cum mortuus est, fuisse Abrahamum annorum centum triginta quinque, si fuisset primogenitus. Atqui cum egrederetur ex Charran, fuit tantum septuaginta quinque. Genes. 12. Quod si verum, ergo natus est anno patris centesimo trigesimo; itaque non primogenitus.

XVIII. Scio petendi, ante excessum Thare, Abrahamum præ- fectum esse ex Charran. Sed coniectura exilior est, quam vt vim fa- ciat. Nam Moyses dixit: Tulitque Thara Abram filium suum, & Lot filium Haran, filium filij sui, & Sarai nuntum suam, uxorem Abram filij sui: egressique sunt cum eis de Ur Chaldaeorum, & venerunt vsque ad Charran, habitaueruntque ibi. Fuerunt autem dies Thare quinque & ducenti anni, mortuusque est Thare in Charran. Et cap. 12. Abiit itaque Abraham, sicut dixerat ei Lebona, & portexit eum eo Lot. Hactenus Moyses.

Et inibi notandum: Primo mandatum illud egrediendi ex terra sua factum Abrahamo in Vr Chaldæorum: teste Stephano Actor. 7. Vnde facilis consequentia: voluisse Thare socium fieri eius peregrinationis. Quis credat viuum relictam à filio optimo, & frustratum tanto voto? filio, inquam, optimo, & qui se agnosceret esse in potestate paterna? Nam ideo dictum, *Tulit Thare Abram filium suum*. Quid? quod etiam solum defeci oportuisset? Tres sustulisse dicitur liberos, Abram, Nachor, Haran: ex quibus Haran mortuus in Vr Nachorem verisimile est non mouisse: neque enim à Mose nominatus est. Ergo in Charran Thare peruenit comitibus Abrahamo, Loto, Sara. Abraham recedit; abducit uxorem Saram: abducit Lotum filium fratris: eo tibi senem relictum solum. Durum: Sed & Lotum abductum, quis non argumento esse videat aui defuncti, in cuius alioquin potestate remanserat, defuncto patre?

XIX. Denique, quid argumentis opus, cum testem habeamus authenticum? Stephani Actor. 7. verba sunt tam diserta, vt nullum fucum admittant: *Habituauit in Charris; & illinc postquam pater eius mortuus est, transfudit eum Deus*. Ignoscant viri magi, quod iam nomina non soleo absque honoris præfatione vsurpare: De eam ingenue, non patior Stephano Mosen opponi; & hunc potius sectandum. Absit hæc cogitatio ab ijs qui eundem in vitroque spiritum adorant: neque vero etiam tam confidenter principium petant, viti docti. Non enim certum Mosen aliud dicere. Itaque ego pro certo habeo, me Mosen sequi, cum Stephano hæreo: atque hoc modo neutram neutri aut præpono, aut oppono.

XX. Non veretur Stephanus, fateor, in diligenti putatione temporum. Sed idem nego, solis Chronolegis non licere mentiri. Sed loquitur Stephanus secundum aduersariorum suorum sententiam à versione Septuaginta, siue ex Rabinis. Quemadmodum cum dicit Iacobum transfuisse in Ægyptum animas septuaginta quinque: cum tamen Moses septuaginta tantum duobus locis numeret, & quidem nominatim designatas. Quid autem si idem ex Septuaginta editione Patrum genealogias retulisset? An propterea discedendum esset à veritate Hebraica?

XXI. Imo, inquam, quid si cælum ruat? Neque enim aliud respondeo ei argumento, cuius fundamentum nihil est, præter nudam imaginationem. Nego autem Stephanum accommodare se aduersariis suis. Nego hausisse aliunde quam ex ipso Mose.

XXII. Septuaginta quinque animæ, torquent, fateor, etuditos: quorum alij credunt factum ex autoritate Septuaginta; apud quos eas summa, illic catalogus inuenitur. Et fieri potuit: propter autoritatem eius editionis: sicut alias scimus factum. Sed dissimile exemplum est. Nam profecto Septuaginta non dixerunt Abrahamum profectum post mortem patris, magis quam Moses, cui hæc certe in parte fideliter hæserunt. De Rabinis, nihil constat: nec velim tam facile suspicionibus locum dari. Tum autem res ipsa, vt dixi, per se loquitur: à qua potior habere Stephanus, quod neque Septuaginta tradiderunt: neque Rabbini, quod quidem quisquam sciat.

XXIII. Est & alterum argumentum, etsi non tanti ponderis: sororem suam Abrahamus Saram discrete testatur Genes. 20. *Vere soror mea est, filia patris mei: veruntamen non est filia matris meae: Et sicut mihi in uxorem*. Nimirum ex Hebræorum more: qui filiorum nomina, etiam nepotes comprehendunt: vnde & Loth frater, qui tamen filius fratris. Itaque Iosephus Antiquitatum lib. 1. cap. 8. filiam tradit ipsius Haram. *Ἀβραάμ ὁ Λωθὸν τὸν Ἀραμὶτὴν ἀδελφὸν ἴπην, τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Σάρρας ἀδελφὸν ἰστανήσαστο γυναικὶ πατρὸς ἀραμῶν. Abram Lotum Harami fratris filium, uxoris sue Sara fratrem adoptauit, quem filium nullum naturalem haberet*. Hoc si est: magnum argumentum. Nam fuisse Saram nonagenariam, tum cum Abrahamus centenarius, certo certius ex Geneleos 17. Quod si fuit Abraham maior natu, ipso Saræ patre, ergo hunc necesse fuit Saram genuisse ante ætatis annum decimum: quod abhorret à vero.

XXIV. Respondent non esse certum, fuisse filiam Haram: & potuisse filiam esse ipsius Thare; itaque sororem ipsius Abrami, etsi non veterinam, nempe ex alia matre.

XXV. Sed nunquam mihi quisquam persuaserit, Abrahamo fuisse uxorem filiam ipsius sui patris: & germanam sororem: quamuis non v. erinam. Videtur, qui tam dure possunt de tam sancto viro sentire. Nec tamen vim fecerim in Harani nomine. Tantum virgeo, filiam fuisse Thare, siue ex eo, siue ex Nachore, siue ex alio, quem Thare genuerit, post Abrahamum, si Abrahamus primogenitus. Quo posito, absurditas manet: fortasse etiam augetur.

XXVI. Sed hoc si sic abeat, inquam, tota turbatur annorum ratio. Magnum, inquam, incommodum, & cui medendo, optandum, imo magno emendum remedium. Veruntamen hoc posito, salua fuit fides Christiana: quæ non potest non titubare, si titubet autoritas Verbi Dei. Itaque æquius feret orbis Christianus incommoda Chronologica, dum Deus prouideat.

XXVII. In argumento Coccij, vide Sophistarum ingenium, quidlibet pro arbitrio detorqueant, quantumuis tenuissima oblata occasione. Scripsit Petrus, *ὁ γδοὺς Νωὲ δικαιοσύνης κήρυξ ἐφύλαξε, Ὀκταυμ Νωὲ iustitia præconem seruauit*. Inde ludit Coccius ambiguo: quia dictum videri potuit octauum præconem: cum tamen verum sit, seruauit octauum, id est, cum alijs septem, qui vna erant cum eo in Arca, in qua pauca, id est, octo anima seruata sunt. Certe in hunc modum interpretes acceperunt: non Ambrosius tantum Catharinus, quem Coccius nominauit, sed etiam Lyranus, Caietanus, Gagnæus, Guillaudus, Salmico, Lorinus, Sa. Ad eam videlicet rationem, ad quam, Plutarchi Pelopida legimus, *ὁ Πελοπίδας εἰς οἰκίαν δωδέκα ἡμερῶν κατέβη, Pelopidas duodecimius ingressus domum, id est, cum vndecim comitibus*. Et apud Polybium lib. 5. de Theodoro Aetolo *ἠσπορέσθη πρὸς εἰς τὸν τῶν πολιτῶν χάρακα, id est, interprete Caubaono, Duobus tantum comitibus hostile vallum intrat*. Et lib. 16.

*πρὸς ὃ αὐτὸς ὁ Διονυσίδης ἀπενήγατο, Dionysidorus vero cum duobus alijs enatauit*. Homerus Iliados 23. Meriones *πικρὸν ἰσπερὶς ἀνὰ σὸν ἵππῳ, Quintus pulere iubatos parauit equos*. Quomodo quintus? Nempe Antiochus, Emelius, Menelaus, Meriones, Tydides. Quo genere loquedi vsus Latinus interpret Mat. hæi 13. quod Græce est, *ἰδὲν κερπὸν ὁ πρὸ ἐκτὸν, ὃ ὃ ἐξήκοντα, ὃ ὃ τετράκοντα*. verit, *Dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum*. Non factus vsitate, ait Maldonatus, *quanquam aliqui non mali autores ita locuti sint*. Eoimvero cuius ingenij est, & facilem, & non absurdum, & iam probatum sensum deferere: aliumque, quantumuis inuita Minerva, vestigare, primum non faciliorem, secundo solitariū, tertio absurdum. Nam quis Coccio concessurus est veritatis præconem Noam ab initio mundi fuisse tantum octauum in tam multis seculis: aut significare Ecclesiæ Monarcham: & quidem iure successionis?

XXVIII. Quintum exemplum est Noë, qui eam arcam gubernauit, quam Petrus militantis Ecclesiæ figuram gessisse demonstrat. Nam solus Noë minister Dei factus est in eo, vt colligeret in arcam suam, non solum uxorem & filios, verum etiam animalia omnia: eare significans, Christum vnus potissimum Pastoris ministerio collecturum, non modo Iudæos, velut filios regni, verum etiam omnium gentium al quos in Ecclesiam suam. Animalium quippe ingressus in Arcam sub vnus Noë ducatu, gentium ingressum in Ecclesiam Christi sub vnus pastoris primatu designabat.

XXIX. Respondeo, Primo nusquam Petrum demonstrare Ecclesiam militantem significatam esse per arcam Noë. Et tamen quia quodam aspectu non inepte dici potest Arcam fuisse figuram militantis Ecclesiæ, & in eo nonnullos veteres luisse animaduerto: secundo respondeo; non esse hanc similitudinis rationem, siue fundamentum: id est, non tantum Petrum; sed ne vllum quidem Veterum ea Ecclesiam per totum orbem ei Arca comparasse, qua spectatur vnus principatus. Est autem ineptum, sumpta cuiuspiam comparationis occasione, deinceps alteri termino tribuere quicquid de altero cogitari potest. Atque adeo in hoc ipso exemplo, scire velim, quomodo modo excepturi sint sophistæ; si dicam oportere alterius esse naturæ caput Ecclesiæ: maxime, qua parte constat de gentibus; quam sint ipsæ gentes: quia Noë fuit alterius naturæ, quam bruta illa animalia, quibus Sanderus significatam voluit gentium admissionem. Cæterum ea Noë autoritas erat potius politica: vt apparet ex eo, quod ei Deus iniungit omnes partes patrisfamilias, in curandis corporibus cum hominum tum brutorum. Porro nihil Sanderus de potestate Ecclesiastica hoc loco.

XXX. Sextum exemplum. Defuncto Noë, superuixit Sem annis centum viginti: & suis posteris, qui pietatem coluerunt, solus præfuit: ad quem qui volebant seruire vnitate spiritus in vinculo pacis, ante omnia debebant accurrere: sedem regni habentem in Salem; & iustitiæ regem dictum: fuisse enim Sem eundem Melchisedecum crediderunt multi tum Hebræi, tum Catholici.

XXXI. Respondeo: primo de Sem meam esse coniecturam: quæ noua refutatione non indigeat: neque enim pro demonstrationibus esse nobis debere Sanderi, Coccij, aliusue cuiusquam somitationes. Et quidem nimis considerate loquutum Coccium, qui et in solos suos posteros autoritatem tribuat: quam ei nemo eripere possit, vt patrisfamilias. Sed meminisse debuerat, agi inter nos de vnuerfæ Ecclesiæ principatu. Erant autem Semo fratres, non tantum Cain ille apostata, sed etiam Iaphet vere frater tum sanguine, tum moribus Et quidem natu maior, in quem naturalem nullam poterat illi autoritatem vindicare; neque in eius posteros. Quare nihil est in eo quod vrgeat.

XXXII. Secundo, nego eundem esse Sem & Melchisedec: nego id vllum Catholicum asserere: paucos tantum Iudæos fingere. Fingere autem pro solita audacia, quæ nihil inausum relinquat: nam cæteroque opinionis fundamentum nullum habere, sed tantum duntaxat coniecturam annorum. Nos vero obseruamus, non modo non id à Scriptura doceri, qua tacente quis loquatur? Sed etiam Paulum asserere Melchisedecum induci à Scripturis *ἀβραάμ ὁ πῶτος, ἀπὸ τῶν ἀμύπητος*: quæ in Sem cadere non possunt, cuius genealogiam tum à maioribus, tum in posteros discrete Moses enarrauit: imo etiam initium, finemque vitæ. Hæc, inquam, non tantum Sem habuit omnia, quæ & Melchisedecum habuisse nemo dubitat: sed præterea habuit in Scripturis expressa: quod de Melchisedeco Paulus negat: itaque omnino necesse est diuersas fuisse personas.

XXXIII. Tertio, nego Melchisedecum fuisse Ecclesiæ Monarcham, ab eoque pependisse omnes fideles. Quis enim potest vnare? Nam Scriptura quidem nihil docet eiusmodi. Imo potius iam tum Abrahamum fuisse vocatum ad Ecclesiam constituendam separatum: paulo post circuncidendum: & quidem absque aut consilio aut etiam conscientia Melchisedeci, vllius. ve alterius: sed solo Dei mandato. Quod quidem non licebat: si summo iure, alio quis eius religioni præfisset, ex sententia Papistarum, qui ne cuiuslibet quidem induci patiuntur, aut cibos mutari præter sui capitis iurum. Verum (inquit Sanderus) Abraham non dedignatus est superiorum agnoscere Melchisedec. Etto sane: sed aliud est superiorum agnoscere, quam ab eo pendere. Agnoscebat enim superior aliquis, multis modis, ob ætatem, ob dignitatem, ob diuicias, atque aliter.

Et quidem Melchisedec Abrahamo facilius superior conceditur, vt qui esset non sacerdos tantum, sed etiam Rex.



CAP. X.

De Ecclesia triumphante in Synagoga.

I. Octavum argumentum: Si Synagoga, quæ fuit umbra, vnum habuit summum Sacerdotem: & Ecclesia triumphans, quæ est exemplar, habet vnum præsidem Deum sibi: Ergo & Ecclesia militans, quæ inter eas est media, carere non potest vnitæ præsidis. At priora vera. Ergo & posterius. Argumentum est integrum apud Roffensem ad viginti-um quintum articulum Lutheri. At eius partem de Synagoga Bellarminus habet, lib. 1. de Pontifice, cap. 9. Al. era parte de Ecclesia triumphante vsus est Petrus Auratus, Paradoxo 70. sed & Petrus de Monte in Monarchia Petri.

II. Respondeo, prius de Cœlesti, tum de Synagoga. In illa parte igitur antecedens est absurdum: Nam primo, vnde habent Ecclesiam triumphantem esse exemplar militantis? Citat Auratus ex Apocalypsis 21. Hierusalem novam descendentem de cœlis: Et ex Epistola ad Hebræos, Moysi dictum, vt fieret omnia secundum exemplar ei in monte monstratum. Atqui hæc frustra. Nam Hierusalem illa noua, non est Ecclesia militans, sed ipsa triumphans. Rupertus, Nunc tandem in calce visionis sue reuelationis huius, vniuersitas huic Ioanni demonstratur totius operi, quod Iesus Christus tot impensis, tot spirituum suorum gratiis vel donis adificauit, scilicet ciuitas sancta Hierusalem, qua est Ecclesia Dei, non qualis in ista peregrinatione est, vel qualis in ultimo iudicio stabit à dextris, sicut paulo ante dictum est, non sine aliquanto timore, donec transeat furor Domini, quo in ignem æternum mittentur sinistra: sed qualis post iudicium in gloria æterna erit, sola & tota, alienis omnibus foras missis, perfruens visione Dei. Quomodo igitur hinc intelligi potest illud exemplar? Nam post re-fectionem non erit alia triumphans, alia militans Ecclesia: sed vnica triumphans, quam Rupertus nominauit, vniuersitatem operis. Ad Hebræos autem, neque exemplar illud in monte est Ecclesia triumphans: neque id quod factum ad eius imitationem, est militans, sed Moysi tabernaculum.

III. Deinde, quid, aut quomodo exemplar dicunt? aut qua ratione dispartant ab umbra, quam assignant Synagoga? Nam Verus interpretes, voces Græcas *ἀντιτύπος*, *τύπος*, *ἀντίτυπος*, quibus vsus est Paulus ad Heb. æos 8. & 9. cum comparat tabernaculum Mosaicum cœlesti, reddidit hoc exemplaris nomine, cum tamen certum sit vmbriam significari. Quod si ideo triumphantem exemplar appellat, quia credant ad instar eius institutionem esse militantis politiam; hoc vero vnde habeant, quæro mihi monstrari. Deinde refato facile. Nam quæ unque sunt in exemplari, ea exprimeada sunt in exemplato (& concedant mihi quæso huius vocabuli scholasticam barbariem) ac vicissim, vt exemplatum respondeat exemplari: vnde Moysi dictum, *Vide ut facias omnia ad exemplar, quod ostensum est in monte.* Quid igitur censent ne in Ecclesia triumphante esse, non tantum summum Pontificem, sed etiam Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & reliquos ordines? Absurdum. Ergo non satis considerate, exemplaris nomen est usurpatum.

IV. Rursus nego consequentiam: Ecclesia triumphans habet vnum Deum præsidem: Ergo & militans. Multa peccantur. Primum: Quid? Militans non habet eundem Deum præsidem? Secundo: cur necesse est aliam esse triumphantis præsidem, aliam rursus militantis? Imo quis sanus sic arguat: Imperium Romanum vnum Imperatorem habet a quo regitur: Ergo Italian (exempli gratia) quæ pars est eius Imperij, atque eidem Imperatori subiicitur, necesse est habere vnum alium ab illo, Imperatorem. Tertio, nos de vno Ecclesiæ capite simpliciter non disputamus: sed de vno secundario & subalterno: Deus autem est summum caput Ecclesiæ triumphantis. Rursus ergo, quis hæc conclusionem sanam sanus iudicet? Ecclesia triumphans habet Deum summum præsidem: Ergo militans habere debet vnum præsidem secundarium? Quasi quis diceret: Gallia regitur ab vno Rege: ergo Angliam oportet regi ab vno protege. Hæc adeo sunt inepta, vt nihil supra.

V. Sed de Synagoga prolixius. Primo igitur negimus eam fuisse vmbriam suæ figuram Ecclesiæ Noui Testamenti. Et sane Roffensis Christianam potius facit mediam inter cœlestem Ecclesiam, & Synagoga. Non possum autem concipere, e. quomodo, quæ media est inter extremis, possit ab altera extrema adhiberi, siue figurari. Sed hoc ipsi viderint. Nos nullo Scripturæ loco scimus probari Ecclesiam Iudæorum aut Christam, fuisse vmbriam Ecclesiæ Christianæ.

VI. Et tamen Bellarminus citat ex Epistola ad Corinthios prioris cap. 10. Hæc omnia contingebant illi in figuram. Turianus de Ecclesia libri 1. cap. 3. ex 10. ad Hebræos, *Vmbriam habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.*

VII. Respondeo, vtrumque egregie falli. Nam in Epistola ad Corinthios, primum *τύπος*, siue figura non sumitur, quomodo alias sæpe pro significationis analogia, vt cum serpens in deserto typus fuisse Christi dicitur, aut summus Pontifex Iudæorum, Christi. Sed pro exemplo morali: quod manifestum est ex ipso contextu, Hæc (inquit) in figura facta contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos, siue seculorum deuenerunt. Et paulo post dicitur, Hæc in figura sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupiscerunt. Non vult autem Apostolus, idololatriam Istræitici populi, significasse factos etiam Christianos populos idololatrias: aut pænas, quas illi tum ob id scelus luerunt, pænas designasse, quibus afflicti essent Christiani, quo sensu agrum immolatum dicimus significasse Christum crucifigendam: sed eas res si scripseras, vt in eas, tanquam in exempla intuerentur, pro certo habentes nos ipsos similiter puniendos; si peccemus similiter, Ad significandum (inquit) huiusmodi quod sic grauius fiet nobis, si fuerimus similes eis. Ideo subiti-

tur, scripta sunt autem ad correptionem nostram: dicitur enim vulgariter, quod pulchritè se castigat, qui exemplo alterius se emendat. Atque ante eum Oecumenius *ὁ ἀδελφὸς τῶν ἡμετέρων ἐστὶν τὸ μὴ τὰ ἴσα* (sic enim lego) *παράδειγμα τῆς ἰσῆς πειρασθῆναι.* Perditio typus erat nostri, no eadem facientes eadem patiamur. At hæc quam aliena sunt ab instituta disputatione? Nam eiusmodi exempla non solent *ἀντιτύπος* applicari. Sic non est necesse, vt puniamur, æque ac ij, nos ob eadem peccata puniri: nec morientium iuri numerum viginti trium millium: denique neque ad eorum instar vnum habere summum sacerdotem.

VIII. Iam de Epistola ad Hebræos quid dicam? Certe neque Synagoga Paulus nominauit; neque Ecclesiam Christianam: sed inde legem, hinc autem futura bona. Legem intelligens ceremonias legales, maxime sacrificia: bona autem, remissionem peccatorum: vt patet ex sequentibus. Ceremoniæ autem legales non erant ipsa Synagoga, sed erant in Synagoga: neque remissio peccatorum, siue sanctificatio, est Ecclesia Christiana, sed est in Ecclesia Christiana. Quomodo autem si quis dicat, Agnus erat vmbra Christi immolati; ergo Agnus est vmbra Ecclesiæ: siue, Melchisedeci panis erat figura panis Eucharistici (vt hoc demus & nonnullis à Patribus, & omnibus Papi- stis) ergo panis Melchisedeci erat figura Ecclesiæ: simili ratione prorsus illum in epture dicam, qui ceremonias legales, faciat figuras Ecclesiæ Christianæ.

IX. Et tamen, ne his quidem condonatis ineptiis, quicquam conficitur. Negatur enim consequentia: Nam quia figuræ non dicuntur *ἀντίτυπος*, sed tantum *τύπος*, proptereaque non est necesse conuenire per singulas suas partes: ideo vel demonstrare debent Synagoga in eo dici figuram Ecclesiæ, quod vnum haberet summum sacerdotem merum hominem: vel pati, sua argumenta exhibitari. Nam quem admodum non sequitur, Agnus erat figura Christi; Agnus fuit coctus & frustulatum manducatus: ergo similiter Christum oportuit tor- teri, ac deinde eius carnes, vt in macello lanari: Vel Dauid fuit Christi figura, & fuit conceptus è femine viri; ergo Christum quodque oportuit non è Virgine nasci. Sic non necessario concluditur, Synagoga fuit vmbra Ecclesiæ: & habuit vnum hominem summum sacerdotem: ergo & Ecclesia.

X. Et confirmatur negatio consequentiæ: quia summus ille Synagoga Sacerdos, Christum significabat: quod facile nouerit, quicumque mentem Pauli aduertet scribentis ad Hebræos. Cur ergo analogia alio detorqueatur? Quasi diceret quis è medijs Papi- stis exurgens: Melchisedec fuit typus Christi: & fuit *ἀρχιερατικός*: ergo Pontificem Romanum oportet esse *ἀρχιερατικός*. Eam consequentiam non sani esse hominis non sanus iuret Orestes. Debuit ergo ex ea figura potius concludi in hunc modum: Synagoga fuit vmbra Ecclesiæ. In Synagoga fuit vnus summus Pontifex, absque vilo Vicario: & ille Pontifex Christum significauit. Ergo in Ecclesia Christiana, solus Christus summus est, & absque vicario: ac proinde præter Christum, nullus est agnoscendus summus omnium fidelium Pontifex.

XI. Hic vero instant, Primo, Bellarminus, se non tam vrgere figuram Aaronis, quam totius Testamenti Veteris. Cum enim Testamentum Vetus sit figura Noui, sicut id Veteri fuit regimen Monarchicum, ita & in Nouo esse debere. Atqui primum male vrget ex eo loco. Non enim significauit Paulus totum Vetus Testamentum esse figuram: secundo, et si esset, at non eo respectu. Tertio, et si eo respectu, id est, quatenus administratum fuit *μοιραστικός*, tamen eo non significatur, nouum sic administrandum. Itaque frustra confugit ad totum Vetus Testamentum: quomodocumque tandem id consideret. XII. Secunda instantia est Roffensis & Bellarmini. Eandem rem posse esse figuram diuersarum: sic enim Leonem, tum Christi, tum Diaboli: fermentum, & fidei, & peccati: sacrificia vetera, tum sacrificij in cruce, tum eius quod in Eucharistia celebratur. Itaque Aaronem, non solum Christi gessisse figuram: sed & Petri, ac successorum eius.

XIII. Respondeo, primo, non esse conclusionem necessariam: sed tantum possibilem. Itaque per eam nihil demonstrari, nihil cuius ei. Non enim probandum fuit, vtrum posset Aaron significare Petrum: sed vtrum significaret: illud ergo frustra est: hoc vero erat necessarium. Secundo: nego Aaronem posse esse figuram Petri. Ratio: Quia fuit figura Christi. Est enim fallum, vnam eandem figuram, posse esse plurius rerum figuram: & nego vllum exemplum contra adferri. Nam in Leone, & fermento, quam se ridiculum præbuit Roffensis? Confudit enim figuram *ἀρχιερατικός* & *λόγος*, cum figuris, id est, *τύπος*. Leo enim & fermentum in Scriptura, tantum metaphoricè usurpantur: nec vllus vnquam fuit in Ecclesia veteri Leo, reuera Leo, qui significaret aut Christum, aut Diabolum. Multo minus vnus qui vtrumque. Sacrificia etiam vetera, cum significant sacrificium in cruce, & sacrificium in Eucharistia, non significant res plures. Nam sacrificium illud in cruce, est idem numero sacrificium; quod in Eucharistia Sacramento celebratur. Tertio, etiam si verum esset sic *τύπος* esse posse variarum rerum, quomodo metaphoras: tamen id fieri non posset, nisi diuersa ratione: neque enim sic Leo Christum representat, vt diabolum: aut fermentum eadem ratione fidem & peccatum. At isti, eo ipso quod Aaron fuerit summus sacerdos, volunt Christum significari, & Episcopum Romanum. Annon absurde? cum illè quidem sit absolute summus Pontifex, hic tamen tantum se Vicarium dicat. Quis ergo non tideat consequentiam, Aaronem habere Vetus Ecclesia summum sacerdotem: ergo Ecclesia Christiana Romanum Episcopum habere debet summi Sacerdotis vicarium?

XIV. Præterea Roffensis duas observationes colligit, quæ si veræ sunt, tum profecto non potest Aaron fuisse typus Christi, contra quam Paulus docet. Prima observatio: In omnibus negotijs, quæ ad Deum attinebant, Moses erat, quam Aaron superior. Quam obrem Moses absolute summus fuit, Aaron vero non absolute, sed

comparatione ceterorum. Ita in noua lege, Christus absolute & simpliciter summus est, Petrus vero non nisi ceterorum comparatione. Altera: In umbra illa Iudaica, Moses apud Deum Aaronis agebat negotium. Aaron vicissim apud populum vice Mosis negotia Dei gerebat. Sic enim Exodi 4. *Ipse (omittam Aaron) loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his que ad Deum pertinent.* Sic in umbra fuit Iudaica. At quomodo respondet huic umbræ Christianorum veritas? Dixit Christus ad Petrum, *Ego rogavi pro te: fuit ergo tanquam os Petri in his que ad Deum pertinebant. Et deinceps, Tu confirma fratres tuos: fuit igitur Petrus os vice Christi.*

XV. Respondeo ad primam: Aaronem fuisse summum Sacerdotem; non tantum comparate ad inferiores: sed etiam absolute & simpliciter. Nam & Hebraice vocatur כהן הגדול is Sacerdos qui magnus est, nempe omnium sacerdotum maximus: & Summus, Latine, non potest non simpliciter significare eum, supra quem in eodem ordine nemo est. Græce ἀρχιεπίσκοπος, hoc est, qui præsit omnibus sacerdotibus, sic ut à nemine pendeat. Itaque summum Sacerdotem eum oportet esse, & quem supra se reliqui agnoscant, & qui supra se nullum agnoscat Sacerdotem. Aaron igitur, aut non vere dicitur summus; aut non agnouit superiorem se vllum alium. Fuisse Mosæ superiorem, equidem fateor: sed tanquam Magistratum, non tanquam Sacerdotem: nam hoc munere Sacerdotali, post institutum Aaronem, nunquam legitur esse functus. Fuit igitur Moses supra Aaronem & reliquos Sacerdotes, eo iure quo summus debet esse is, qui Dux est totius populi; in quo contineatur etiam Sacerdotes. Sicut primis Ecclesiæ Christianæ temporibus, id est, ante inuentionem Antichristi tyrannidem, Magistratus; puta Imperatores primum, deinde Reges in suo quisque regno, erant supra Episcopos, etiam Romanum, iisque imperabant, & leges dabant. Nec adeo Christus ipse dedignatus est tributum soluere. Quare nihil necesse est, ut alium dicamus Christo superiorem, etsi eius figuram dicamus Aaronem gessisse: non enim gessit, quatenus fuit vnus de populo Israelitico, quo iure Mosi subiectus fuit: sed quatenus summus fuit Sacerdos: quo iure neminem habuit superiorem. Et rursus non potest Aaron esse figura eius, qui vicarius est tantum Pontificis summi: non autem ipse summus Pontifex. Nam Aaronem quis vnquam audeat dicere vicarium fuisse Mosis in munere Sacerdotali, etiam si alias Mosæ fecit fuisse eo superiorem?

XVI. In secunda obseruatione, nihil est sani. Nam primum, Exodi quarto, non agitur de Aaronis Sacerdotio: quod nondum vllum erat, sed postea institutum: sed de speciali negotio legationis ad populum, quam Mosæ recusabat, prætexens balbutiem. In quo negotio addidit Deus comitem fratrem Aaronem. Quia in te nemo est qui vnquam dixerit, aliquam esse quærendam figuram; nedum regiminis Ecclesiastici. Sed ita solent Papistæ sibi quilibet sumere, & suis somniis uti, demonstrationum loco.

XVII. Deinde locus ipse pessime tractatus à Latino interprete, peius exponitur à Roffensi: Latine igitur, *Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his que ad Deum pertinent.* Enimvero, quid illud est in postremo membro, *eris ei in his que ad Deum pertinent?* aut quis sensus? Quid igitur eris? Non exprimitur. At Hebraice veritas, *Et loquetur pro te ad populum, & ipse erit tibi pro ore ad populum: & tu eris ei pro Deo.* Quam sententiam Chaldaus Paraphrastes sic exprellit, *loquetur ipse pro te cum populo: & ipse erit tibi pro ore ad populum: & tu eris ei pro Deo.* Unde Schlomo Iarhi asserit, & *וְאַתָּה* id est, os, esse pro *מַלְאָכִים* interprete, & *וְאַתָּה* pro *וְאַתָּה* magistro & principe. Lyraus itaque sic interpretatur, *Accipies ordinationem meam, & leges à me immediate: & ipse eas per te sibi reuelatas denunciabit populo.* Variablis vero, *Vseriseo interprete: tu vero narrabis ei que ego dixero tibi, & te consulat tanquam me.* Quæ interpretatio confirmatur è versu 1. cap. 7. *Aaron erit Propheta tuus, hoc est, interpretes, iuxta Paraphrastem Chaldaeam.* Quare hic locus nihil ad rem: & non bene inde asseritur, Mosæ apud Deum egisse negotium Aaronis: nullum enim in textu significatur negotium Aaronis, quod ei esset apud Deum. Quanquam Latinus interpretes, hæc verba, *Tu eris illi in Deum*, pessima fide vertit, *Tu eris ei in his que ad Deum pertinent:* sequutus, credo, Græcam versionem, *ὁ δὲ ἀντὶ τῶν τῶν θεοῦ:* in qua Steuchus, recognoscens Verum Testamentum ad veritatem Hebraicam, cum non posset peccatum negare, exteouauit, dicens modestiæ causa sic factum: quasi Mosæ fuerit immodestus, & sibi plus tribuerit quam æquum erat.

XVIII. Tertio; nimis quam supine dormitauit Roffensis in applicandis huius figuræ partibus. Nam, cum Aaronem constituat os Mosæ; Mosæ vero Deum Aaronis: & Mosi quidem Christum comparat, Aaroni Petrum: ideoque debuerit Petrum dicere os Christi: Christum vero Deum Petri: tamen, nescio quomodo sui oblitus, utrumque alterius os esse dixit, Christum Petri, Petrum Christi. Quis non plaudeat?

XIX. Quarto, Petrum fungi vice Christi: aut Christum esse Petro vice Dei, non bene probat. Nam Christum quidem orasse pro Petro, nemo dubitat: sed id non responderet partibus Mosæ. Neque enim Mosæ orabat pro Aaronem: sed Aaronem exponebat quæ à Deo ipse haberet referenda ad populum. Deinde, confirmare fratres, non est esse os Christi, non est fungi vice Christi. Quid, inquit, annos Christus venit, eius vel maxime rei gratia, ut Christianos confirmet? Sane quidem, inquam? Etsi non tantum ut confirmet, sed prius ut faciat. Sed perinde esto. Negatur tamen consequentia. Nam confirmationis varijsunt modi. Christus, virtute sua, suoque Spiritu, fideles confirmat: Petrus vero, suo exemplo, quia gratiam consequutus erat post triplicem abnegationem: qua de re plura in proxima controuersia de Petro. At is, qui exemplo sic confirmat fratres suos, non fungitur vice Christi: alioquin omnes ferme fideles ea vice fun-

gerentur: & tot haberemus summos Pontifices, Ecclesiæque Monarchas, quos Christianos.

XX. Nullo igitur argumento Roffensis & Bellarminus poterunt ex Iudaico Pontifice, Christianum aliquem concludere. Sed Sanderus alia via rem aggreditur, cap. te quarto libri quinti: Ministerium Noui Testamenti superat in omni honore, gloria, & dignitate, Veteris Testamenti ministerium. Cum ergo in Veteri Testamento gloriosum fuerit Iudæorum Ecclesiæ, ut totius gentis & omnium Synagogarum vnus esset summus Pontifex eadem ipsa res, cum gloria maiore, in tempus Noui Testamenti translata esse intelligitur.

XXI. Respondeo: antecedens non esse verum, si intelligatur de honore, gloria, & dignitate externa, quæ faciat ad magnificentiam temporalem. Cum enim multa sint per Mosæ instituta, quæ summum Sacerdotem magnificentem redderent inuentibus: tum nihil vnquam à Christo, aut Apostolis, simile fuit designatum. Tota autem Evangelici Ministerij dignitas est spiritalis, testis Apostolo, negante arma militiæ suæ esse carnalia, capite decimo posterioris ad Corinthios. A spiritali autem dignitate ad temporalem concludere, manifesta est ineptia: non secus ac si quis diceret, illustriora esse debere templa Christianorum templo Hierosolymitano, quo nunquam vidit orbis quicquam magnificentius.

XXII. Denique, siquid est in Aaronis exemplo virium, dico pertinere potius ad singulas Ecclesias, quam ad vniuersas: hoc est, concludere in vnaquaque Ecclesia Episcopum vnus esse, non in omnibus vnus Oecamenicum. Nempe, quia legamus in Damasi Decretali quarta, summorum Pontificum, id est, Episcoporum (sic enim ex se explicatur) figuram tenuisse Mosæ & Aaronem.

## CAP. XI.

## De Ecclesia Angelorum.

I. Nonum argumentum Bellarmini, cap. 9. libri 1. de Pontifice, ab ea similitudine, quam habet Ecclesia mortalium hominum, cum Ecclesia immortalium Angelorum. Ergo hæc esto forma: Si Ecclesia mortalium hominum similis est Ecclesiæ immortalium Angelorum: ea est monarchica: At verum prius: Ergo & posterius: Probatur Antecedens: quia certum est istam illius exemplar, & quasi ideam quandam esse, ut Apostolus indicare videtur ad Hebræos 8. & S. Bernardus diserte affirmat libro 3. de Consideratione ad Eugenium; ubi militentem Ecclesiam in Apocalypsi, Hierusalem nouam descendentem de cælo, appellatam esse dicit, propterea quod ad exemplum celestis illius ciuitatis instituta & conformata sit. Probaturo vero consequentia, quia certum & exploratum est, inter Angelos, præter summum Regem omnium, Deum, esse vnus, qui aliis omnibus præsit: qui ab initio eratis, qui nunc diabolus dicitur: post eius vero casum, Michaël.

II. Respondeo, Primo, negatur antecedens. Nulla enim Scriptura id docuit. Lego quidem Matthæi 22. similes beatos fore Angelos cæli: sed id & de singulis dicitur, non de toto corpore: & de beatis post resurrectionem. Verum Ecclesiam militantem similem esse Ecclesiæ Angelorum, nusquam quisquam legit in Scriptura. Ac mihi vide Iesuiticum ingenium. Certum est, inquit, Ecclesiam Angelorum esse exemplar huius militantis. Diceres oraculum narrati, autatioma, cuius veritas non tantum sit necessaria, sed etiam explorata. Et tamen eum probat, Apostolus, inquit, indicare videtur. Hem tam exiliter? Primo Apostolus non pronunciat, non definit, non docet: sed indicat tantum: imo ne indicat quidem: sed indicare videtur. Et huic fundamento *μηδὲν, ἀλλὰ μόνον φανερῶς* certum aliquid superstruitur? O nugatores Iesuitas!

III. Quid? si Paulus, non tantum non indicat, sed ne quidem videtur indicare? Textus ita habet, *Ceterum eorum que dicimus, summus est, talem nos habere Pontificem, qui confedit ad dexteram throni Maiestatis illius celestis, sanctuarij minister, ac veri illius tabernaculi, quod fixit Dominus, non homo.* Et paulo post, *Manentibus illis sacerdotibus, qui secundum legem dona offerunt, qui exemplari & umbra deseruiunt rerum celestium, sicut diuinitus dictum est Mosi, quem esset absoluturus tabernaculum: vide enim, inquit, ut facias omnia ad exemplar, quod ostensum est tibi in monte.* Ex quorum verborum serie, nemo non videt oppositum illud tabernaculum, quod fixit Deus, & non homo, illi tabernaculo, quod à Mosæ est factum: quodque vocatur exemplar & umbra celestium rerum. Quam comparisonem postea capite 10. per partes exequitur: & descripto tabernaculo octo primis versibus, cum 9. *Quod (inquit) erat exemplar pro tempore illo presentis quo dona sacrificiorum offeruntur.* Et post, *Adueniens autem Christus Pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum non manu factum, neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium, ingressus est in sacrarium, æternam redemptionem nactus.* Et rursus, *Itaque ingressus est exemplaria eorum que sunt in cælis, hisce rebus purificari, ipsa vero celestia potioribus quam hæc sunt victimis.* Non enim in manu factum sacrarium ingressus est Christus, quod sit exemplar vero sacrarij ponderis, sed in ipsum cælum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis. Quis igitur neget, comparari figuram tabernaculi Mosæ, cum veritate posteriorum in Christo? Tabernaculum, inquam, ipsam manu factum in deserto, cum cælorum Sacrario, in quod Christus post mortem suam ingressus est? Ergo non indicat Paulus, quod Bellarminus in-

IV. Quid, si ne videtur quidem indicare? Nam cui quæso? Votibus-ne an recentioribus? Neutris. Non enim Ambrosio, *Omnis sacerdos in lege constituit, exemplare, & umbratile sacerdotum gestans*

caelestium, id est, spiritualium, significantes verum & sempiternum Christi sacerdotium. Nomen altare est caeleste fides nostra? Non Primasius, Tabernaculi quoque veri minister est, quod constituit, siue composuit Deus, & non homo, id est, caeli, quod nobis ipse administrat, ut claritate siderum illius illustremur. Tabernaculum enim, quod Bezeleel composuit in deserto, siue quod templum Salomon fecit in terra repromissionis, non fuit verum: quia & vetustate consumptum est, nec semper durare potuit, ideoque tabernaculum verum, caelum vocat, quoniam in aeternum stabit, nullaque vetustate consumetur. Non Anselmus, Est minister sanctorum, & tabernaculi, non umbratilis, non praefiguratus, sed veri, id est, significati tabernaculi, hoc est, aeterni sanctuarij, quod significatum est per tabernaculum Moysi. Non Caietano, Duo dixerat: alterum Sanctorum Minister, alterum & tabernaculi veri, quod fixit Deus. Et quoad primum dixit, quod id, quod offert Iesus, non est super terram, ad differentiam Sacerdotum legalium. Et paulo post, Modo differentiam tabernaculi prosequitur, dicens de Sacerdotibus legalibus, quia deseruiunt exemplari & umbra caelestium. Tabernaculum siquidem illud, erat exemplatum a tabernaculo caelesti, & erat velut umbra illius. Non denique Petro Aurato, quem in argumento praecedenti vidimus hunc ipsum locum citantem, ut probaret, Ecclesiam triumphantem esse exemplar militantis: militantis autem, cui caput praeficit non Angelum aliquem, sed Christum.

V. Bernardus ita habet, *Viderat hoc qui dicebat. Vidi civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de caelo, a Deo paratam.* Ego enim propter similitudinem dictum reor, quod sicut illic Seraphim & Cherubim, ac ceteri quoque usque ad Angelos & Archangelos ordinantur sub uno capite Deo: ita hic quoque sub uno summo Pontifice, Primates, vel Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum. Haec, inquam, Bernardus. Sed quid tum? Nam primo privatum suam sententiam proferit: & quidem incertam. Reor, inquit. Quis vero nescit nullius variis dictam, scriptumve regulam esse Ecclesiae? Deinde, & quod maximum est, hoc ei falso visum est. Nam Hierusalem caelestem Ioannes appellavit, non Ecclesiam hic in terris peregrinantem, sed Ecclesiam triumphantem, qualis futura est post resurrectionem. Primasius, *Futuri temporis circumscribit Ecclesiam, quando non sicut nunc permixtos cum bonis cohabitantes pariter malos, quia soli cum Christo boni regnabunt, cum quo, & in quo eadem Ierusalem caelesti matre omnium fideliter permanebunt.*

VI. Secundo, negatur consequentia. Nam primum, etsi daretur esse quaedam similitudo inter has duas Ecclesias, tamen non est necesse eam similitudinem esse in ipsa regimini ratione: ac proinde, etiam si Angeli monarchice regerentur, non esset tamen necesse idem concludi de Ecclesia militante, nisi prius diceretur in hoc ipso capite eam consistere similitudinem. Nam si dicerem, Ecclesiam Angelorum similis est Ecclesia militans: ergo in militante omnes debent esse coelibes, sic ut nemo aut nubat, aut uxorem ducat; quis me ferret? Ne ipsi quidem Papistae, qui coelibatum obiciunt tanquam perfectionem Christianitatis.

VII. Deinde negatur, Angelos habere unum principem a suo numero sibi praepositum: aut omnino illum, praeter Deum, & Christum Dominum nostrum. Cui enim revelatum est? Aut quis scire poterit, tacente Scriptura? Imo ac Dionysius quidem ille perpetuo ἀγοβατων, eiusmodi quicquam somnauit. Et si somnasset, non latuisset nostros Papistas, qui novem illos ordines apud eum sic admirantur. Quia etiam Sanderus, hoc ipse utens argumento, libri 4. cap. 1. tamen argumenti infirmitatem libenter agnoscit, *Neque enim puto (inquit) illum unius Angeli supra ceteros principatum, de quo nunc ago, tam clare aut in Scripturis proponi, aut ab Ecclesia haecenus definitum esse, ut haereticum aut infidelis haberi debeat, si quis contradixerit.* En Dialecticam, quae pro argumento, & quidem in rebus Theologicis, & quidem hoc tempore tanta animorum contentione controuersis, pro argumento sumit id, quod impune possit negari! Et tamen Bellarmius vult esse certum & exploratum. Adeo sibi constat Papistarum Theologia. Et quidem Bellarminus prudenter Sophista, qui in Theologiam impingere maluit, quam sui vim argumenti ipse enervare. Sanderus pudenter Theologus, qui suae ratiocinationis nervos incidi consultius putaverit, quam lectoribus impudenti temeritate imponere.

VIII. Sed videamus, quibus coniecturis astruatur huius fabulae fides, Sanderus citat 3. ad Ephesios, *Ex quo (Patre Christi) omnia paternitas in caelis & in terra nominatur.* Quibus verbis significatur esse quaedam Angelorum familias, & cognationes, ita dispositas, ut non temere & fortuito facti, sed ordine quodam certo procreati sint Angeli: ut, etsi omnes eodem tempore, tamen alio digniori, atque ob id prior, donec ad unum accederetur omnium omnino primum. Vnde Hieronymus in eum locum, *Puto Angelos ceterasque virtutes habere principes sui generis in caelestibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim nisi Angelorum dici non potest: & Dominatio & principatus, & potestas, nisi inferiores subditos habeant, non vocantur.*

IX. Respondeo: nihil esse in eo loco, quod vel cogat, vel etiam persuadeat. Nam primum de Angelis nihil est necesse interpretari. Constat enim sensus, si de sola Ecclesia intelligatur: ut πᾶσι πατρῶσι sit non omnis, sed tota familia suae paternitas: quo sensu in Scripturis maxime πατὴρ usurpatur plerumque solet. Eius autem familiae partes sint duae, quarum una in caelis, quae vulgo triumphans appellatur, altera in terris, quae militans. Nam sic tota familia ex iis partibus constans nominatur a Christo.

X. Secundo, etsi concedam Angelos comprehendere, quod antiquis nonnullis placuisse video, tamen nego quicquam esse quod unum dominatum significet. Non enim πατῶσι vocabulum. Nam commune est tum caelestibus, tum terrestribus: πᾶσι πατρῶσι ὁ ἕρως ὁ ἰσχυρὸς ἰσχυρῶς. Si igitur unius principatum significet inter Angelos, cur non etiam inter homines? At isti, cum audeant hinc argumentari ad con-

cludendum illum inter Angelos principatum: tamen nunquam aucti sunt, ad suam inter homines Monarchiam. Mirentur hoc alij: ego rideam. Et sane πατῶσι scimus alias occurrere. Nam quod Hebraice הַשָּׂרָפִים dicitur, Septuaginta πατῶσι verterunt, quod Hieronymus monuit significat aurem familias, in quas distribuebatur populus Israeliticus. Sed & Gentibus tribuitur Psalmo 22. *Adorabunt in conspectu eius universa familia gentium,* αὐτοκτωήσων ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσα ἐθνη καὶ ἰδὲ. Et nonagesimo sexto, *Afferte Domino patria Gentium:* αὐτοκτωήσων ἐνώπιον αὐτοῦ ἰδὲ. Atqui, opinor, Gentibus non praerant omnibus Monarcha.

XI. Sed quo argumento Sanderus conicere potuit, significari a Paulo ordinem creationis Angelorum? Aut cur in Angelis ita potius quam in hominibus? Nam familiam in terra non interpretabitur, opinor, ordinem creationis hominum. Imo vero, quomodo a Christo Paulus eam paternitatem, id est, eum creationis ordinem nominari diceret? Sed praeterea, vnde constat eam paternitatem designare in unum denique partem? Postremo, non sic Veteres, ij ipsi, qui hunc locum de Angelis sunt interpretati Oecumenius, ἐπὶ μὲν γὰρ πατρῶσι τῶν ἁγίων καὶ ἀφ' οὗ καὶ ποιεῖται καὶ ἄλλων τῶν ἁγίων ἵ ἵνα εὖ ἐκείνη ὁδὸς οὐ τῶν πατρῶσι τῶν ἁγίων λέγεται, *In terra quidem familiae genera vocat, unde & patres nominantur. In caelo vero, ubi non est hic ab illo, familiae dicitur ordines.* Similiter Theophylactus. Hieronymus disertius, *Puto (inquit) Angelos ceterasque virtutes, habere principes sui generis in caelestibus.* Ergo non unum principem, sed plures. Itaque non potest inde concludi Monarchia, imo potius Aristocratia.

XII. Bellarmius Angelorum duo considerat tempora, alterum in statu creationis: alterum post lapsum diaboli. Ac initio quidem Angelorum principem fuisse eum, qui nunc diabolus dicitur. Idque deduci de Scripturae tribus locis: primo, Iob quadragesimo: ubi Behemor, id est, diabolus, dicitur principium viarum Domini: secundo, ex Esaiam decimo quarto, ubi comparatur Luciferus, id est, stellarum maximae & pulcherrimae, solum quoad apparentiam, & vulgi opinionem, ad quam se Scripturae accommodare solent: tertio, ex Ezechielis 28. ubi dicitur, *omnis lapis pretiosus operimentum tuum: & mox enumerantur novem lapides, quibus significantur novem chori Angelorum, qui hunc Angelum tanquam principem suum circumstant.*

XIII. Respondeo, ex iis locis nihil simile probari. Nam apud Iobum Behemor, non significat diabolum, Behemot (inquit Lyranus) est nomen aequinoctium: & uno modo significat idem quod animalia, & sic est nomen communis generis, & plurale: alia modo signat animal immensa magnitudinis, & sic est nomen speciei, & singulare. Sic explicat Lyranus propriam eius vocis apud Hebraeos acceptionem. Quarum primae sunt Septuaginta, *Incis* vertentes: & Paraphrastes Chaldaeus בעיירי animalia, ut sensus sit, proponi a Deo suam potentiam Iobum contemplantam in creatione omnium animalium terrestrium. Sed alij intelligunt non in genere animalia, sed speciem quandam animalium magno, cuiusmodi Elephas est: ut postea Leviatan Cetum siue baleenam, ut suam potentiam Deus observari velit, non tantum in omni animalium genere, sed etiam specialiter in illis ingentibus animalium molibus, quorum alia terrestria, Behemot: alia maritima, Leviatan. Quo sensu nihil facilius, nihil omnino clarius, aut toti contextui congruat us. Nam & factus est cum homine, id est, eodem die quo & homo: & foenum comedit: & corporis viribus praestat: & sic omnia deinceps facili fluunt filo. Atque ea est sententia non tantum Aben Ezra doctissimi in Hebraeis, sed etiam Oecolampadij, Pellicani, Caluini, Merceri, Münsteri, Varabli.

XIV. Quare nullum hic Diabolus locum habet, si literalem sensum retineamus. Quod si in allegoriam expositi placet, quomodo Lyranus dixit expositores Catholicos eum locum exponere de Dæmone, sub similitudine Elephantis: primum nihil est necesse: nam in literalis sensu nihil est absurdum: & nulla necessitate cogente, ad allegoriam confugere ἀνάγκη est: deinde incertum, imo nullum erit argumentum nisi, iuxta Augustini praecipuum, proferantur manifesta testimonia, quorum luce illustrentur obscura: & consentiant etiam Papistae, solum literalem sensum de monstrare. In quibus Christophorus a Capite fontium, cap. 3. de Eucharistiae Sacramento, *Cum mysticus Scriptura sensus, quem pro suo quisque effingere potest ingenio, obscurus sit, & incertus: bene sane consequitur, ex illo nihil, quod ad fidei nostrae articulos pertineat, efficaciter, aut necessario confirmari posse, nisi clarius & certius ex literalis sensu testimonium habeatur, ad efficiendum quod mystico sensu concludere nitamur.*

XV. Ad haec, in hac ipsa allegoria nihil est, quod monarchiam significet. Nam, *initium viarum Domini*, non significat imperium in Angelos: quia nec viae Domini suae Angeli: nec initium est imperium. Viae Dei opera suae Dei, ut alibi saepe: & consentiente ipso Gregorio, moralium 32. cap. 18. *Quid enim viae Dei, nisi eius actiones accipimus?* Ergo non sequitur: Est initium viarum Dei: ergo caput Angelorum! Alioquin esset etiam caput hominum: Nam homines sunt inter vias, id est, opera Dei. Initium, ΠΡΩΤΗ nego unquam significare imperium. Tantum est primatus, vel temporis, ut Genes. 1. *In principio creavit Deus.* Et Exodi 12. *Mensis iste vobis principium mensium.* Quo sensu unicum tantum principium esse potest: Vel dignitatis: ut Numerorum 24. *Principium Gentium Amalec:* quomodo plura esse nihil prohibet. Genesios 10. *Principium regni eius, Babylon, & Arac, & Aemid, & Chalanne in terra Sennaar.* Et hic quidem Iudaei sumunt pro initio temporis, ipse est *initium viarum Domini: in creatione* (inquit Aben Ezra) *animalium, & omnium iumentorum.* Itemque Veteres, qui sensum allegoricum seclati sunt, Lyranus, *Quia inter creaturas, Angelica est prima.* Sed videtur facilius, ut pro praecipuo accipiat. Est (inquit Varabli) *veluti speciem viarum Dei: quasi dicat, inter avimantia, quae Deus creavit, hoc animal primas obtinet partes.* Sic Mercetus, & alij, qui intelligunt de Elephanto, qui mole corporis, fortasse etiam prudentia, omnibus praestet brutis: & tamen nullis imperet animalibus. Vt raris autem modo intelligant, nihil admodum interest.

Nam si ab initio, id est, ante omnes creaturas reliquas, factus est ille diabolus, non sequitur tamen habuisse principatum, siue dominium aliquod: nam sic bruta, quæ ante hominem creata sunt, haberent imperium in hominem. Sin præcipuus erat operum Dei, tum ne sic quidem haberet imperium: non enim omnia præcipua imperant. Adde, quod Lyranus rationem generalem reddit à tota Angelica natura: quasi idcirco iste Angelus dicatur initium viarum Dei, quia omnes Angeli sint initium viarum Dei: quomodo, si quis hominem quempiam horretur, ut viuat digne Deo, quia sit creatus ad imaginem Dei. Qui sensus infinitis parafangis discedit à Papistica monarchia.

XVI. Aliter locus etiam detorquetur. Nam prædicit Esaias ruinam Regis Babylonie: quæ, ut melius, quanta sit, intelligatur, describit priorem magnificentiam eius, & amplificat multiplice hyperbole: tum autem ista, *Quomodo cecidisti de caelo, lucifer, qui mane oriebaris?* Quæ verba glossa interlinearis exponit, *Nabuchodonosor alijs regibus gloriosior, ut lucifer stellis splendidior.* Et Cyrillus, *Componit cum lucifero Babylonium: eo quod antecellat cæteris. Et nemo ei similis imperiis, & regni conspiciatur: itaque conspicuus, & illustris, ut quasi inter astra reliqua lucifer habeatur.* Quin etiam Propheta exserte monuerat, *Sumes parabolam istam contra regem Babylonis.* Quis igitur ferat, hos à rege Babylonis, ad Angelorum statum argumentantes?

XVII. At Veterum tamen nonnulli interpretati sunt de diabolo. Ita est. Sed allegorice. Vnde glossa ordinaria, *Allegoria: Lucifer qui mane oriebaris: Diabolus in exordio mundi creatus vel inter Angelos gloriosus.* Allegoricum igitur argumentum. Et quidem allegoria non necessaria. Nam literalis sensus de rege Babylonio nihil habet absurdi. Et quod Hieronymus vrget *παρομοιωσις* vocem, cum dixit Propheta, *sumes parabolam*: frustra est: *Si* (inquit) *contra Nabuchodonosor sermo est, & simpliciter historia expressio, quomodo parabola dicitur, quæ nulli alteri παρομοιωσις, id est, comparatur?* Atqui primo importune vocem vrget, quæ Græca est, *παρομοιωσις*, dicitur *παρομοιωσις*. Atqui Hebraice est *משל* quæ nullam comparationem originatione sua includit. Argumentatur ergo, non ex verbis, multo minus mente Propheta, sed tantum ex interpretis vno vocabulo. Quod quam sit inane, potest infinitis argumentis docei. Secundo, ne sic quidem concluditur de alio locum interpretandum, quam de Babylonio. Nam *παρομοιωσις* erit etiam, cum rex ipse comparabitur alii cuiusdam rei: & adeo, cum quæ ad eius statum pertinent, tractabuntur *ἀλληγορησικῶς*: vnde Cyrillus paulo ante, *Componit cum lucifero Babylonium.* Componit, illud est Hieronymi *παρομοιωσις*. Sic Numerorum 23. Balac dicitur assumpsisse parabolam tuam: non quod de populo Israëllico loquens, aliud aliquid intelligendum infinnaret: sed tantum, quia de eo populo loqueretur paulo obscurius.

XVIII. Et quidem, ut huius *ἀλληγορησικῶς* facilitatem intelligas, non tantum hunc locum de diabolo quidam sunt interpretati, sed alij etiam longius prodixerunt. Certe glossa ordinaria, ex quodam Eusebio, ad hæc verba, *Qui mane oriebaris*: sic notat, *His sunt falsi Apostoli, operarij mendaces, qui transfigurantur in Apostolos Christi, qui lolium superseminant dormientibus praelatis, & nolentibus, aut non valentibus resistere.* En tibi igitur allegoriam, quæ non Angelos significet, sed quoslibet inter homines falsos doctores. Vtra verior? Vtra saltem verisimilior? Aut si æque vtraque, cur vrget illam potius? Aut nos ad hanc confugientes, quo argumento, qua auctoritate confutabunt?

XIX. De tertio loco, non dissimile iudicium. Etenim Ezechiel loquitur de principe Tyri: vinctio capitis, *Et factus est sermo Domini ad me: Fili hominis, dic principi Tyri.* Hieronymus, *Ad principem Tyri primum sermo sit propheticus, quod erectus sit per superbiam; ne bene abusus opibus, quas habebat: deinde lucis & lamentatio, de quantis bonis ad mala quanta peruenit.* Hic ergo literalis sensus, quid facit ad Angelorum monarchiam? Et tamen fateor quosdam hic, ut alibi, allegoriam indulgere. Lyranus, *Aliqui istud caput exponunt de casu diaboli: sed hæc expositio videtur magis mystica, quam literalis: ideo alij exponunt ad literam, de rege Tyri.* Hæc Lyranus ingenue. Quid nostra autem, si quidam exorbitant: & nodum querunt in serpo?

XX. Imo iusto iudicio factus est Gregorius ridiculus: Nam illa ipsa de lapidibus pretiosis ad regem Tyri peruenit, *Fili hominis, leua plantæ super regem Tyri: Et dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu signaculum similitudinis, perfectus decore: in deliciis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum. Viden' contextum? Quæ igitur illa frontis est, quæ tam audacter auertit se à verbis Dei? Hieronymus, *Quia didicimus, qui sit princeps Tyri, & quomodo corruerit per superbiam: lamentationes eius super pristina gloria cognoscamus. Primum commonetur quid fuerit, ut doleat se perdidisse quod habuit.* Et Lyranus, *Quia, sicut dicit Boethius primo de consolatione, infelicissimum infortunij genus est fuisse felicem: ideo in hoc planctu primo recolitur felicitas regis Tyri præterita.* Rursus Hieronymus, *Hoc obseruandum est, non omni lapide pretioso regem Tyri fuisse circumdatum, siue operum, & ut Symmachus transtulit, vinetum atque constrictum: sed omnem lapidem, quem habuit princeps Tyri, fuisse pretiosum.* Cur ergo de diabolo intelligatur?*

XXI. Et quidem lapidum nouem nomina, totidem choros Angelorum Gregorius vult esse. Cum tamen, & nouem illi chori meræ sint fabulæ: & nimia audacia, vestimentum interpretetur subditos imperio: quod nunquam factum: & denique pueriliter sese à Latino interprete decipi passus sit. Nam in Hebraica veritate denarius est numerus, qui Latine tantum nouenarius: et: nim aurum connumeratur lapidibus preciosis: ut faciat etiam ipsum partem ornamenti huius. Itaque Arias Montanus sic verit, *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, rubinus, smaragdus, & adamas, hiacinthus, & onyx, & iaspis, saphirus, carbunculus, & smaragdus, & aurum.* Extendant igitur nobis decimum aliquem Angelorum ordinem, & suum Dionysium è cælis deducant in tantum opus, vel cessent, sic *ἀλληγορησικῶς*.

XXII. Sed iam de Angelorum stata post diaboli lapsum videamus: Nam tum Michaëlem factum esse eorum omnium principem, Bellarminus colligit è 12. cap. Apocalypsis, vbi dicitur, *Michael, & Angelus eius.*

Quid enim illud est, nisi Michaëli & exercitus eius? Vt enim, cum ibidem dicitur, diabolus, & Angeli eius, intelligimus omnes Angelos malos diabolo esse subiectos, ut milites Imperatori: ita, cum dicitur Michaëli, & Angeli eius, intelligere debemus, omnes Angelos bonos Michaëli principem suum agnoscere.

XXIII. Sed hæc coniectura cum præcedentibus leuitate certat. Nam primum, *Angeli eius*, non necessario sunt eius imperio subditi. Primum ad eum locum, *Quod vero Angeli eius esse dicuntur, eo hic loquutionis genere usus est, quo legimus. Quoniam Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est: eorum scilicet, quorum ciues esse Christum credendo ceperunt: sicut & hic Angeli eius, qui vno prædicatione regem numerari, & vno spiritu creduntur viuificante beatificari.* Cui expositioni videtur etiam Haimo acquiescere: etsi alteram adferat. Atque ita significabuntur, non Angeli, qui Michaëli, tanquam principi, aut monarchæ, subditi sunt, sed qui ab eius partibus stant.

XIV. Deinde: quid? si Michaëli ille non sit vnus è Spiritibus creatis, quos Angelos solemus appellare? Autor Commentariorum in Apocalypsin, qui tribuntur Augustino, homilia 9. Christum interpretatur, atque Angelos eius, fideles. Nec aliter Ambrosius, *Michael, qui interpretatur, Quis ut Deus? Christum significat. Prælium in cælo factum est, id est, propter cælum, pro salute, videlicet omnium electorum, præliatus est Michael cum Dracone: quia Christus predicando, patiendo, & moriendo, pro salute generis humani præliatus est. Præliati sunt Angeli Michaelis, id est, Apostoli Christi, cum Dracone, predicando videlicet, miracula faciendo, & ad ultimum pro Christi nomine moriendo.* Atque hæc interpretatio est omnium aptissima: non tantum, quia certum, pugna Ecclesiam contra diabolum, ducit Christo: sed etiam, quia post, qui Angeli eius appellati sunt, dicuntur esse fideles, qui animas suas exposuerunt. Ioannis hæc verba sunt, postquam dixisset diabolum esse deiectum, *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum, Dei nostri, & potestas Christi eius: quia deiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri, die ac nocte. Sed ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter sermonem testimonij sui: & anima sua prodigi fuerunt usque ad mortem. Quod inuicem quis disceptat à præcedente pugna? Quod si Angeli illi proprie intelligendi essent, quis eos non absurde dictos defendat prodegitte animas suas, & quidem usque ad mortem? Longe ergo facilius Christiani intelliguntur. Ac propterea nullo argumento probatur vnum Angelum præesse reliquis Angelis.*

## C A P. XII.

## De Ecclesia, viuente Christo in terris.

I. Decimum argumentum, Si Ecclesia à Christo congregata, ab initio cepit regimen visibile & externum habere monarchicum, non Aristocraticum, aut Democraticum: Ergo, & deinceps etiam nunc debet habere regimen monarchicum. At antecedens verum: Ergo & consequens. Argumentum est Bellarmini, cap. 9. lib. 1. de Pontifice: & Sanderi cap. 1. lib. 5. de Monarchia. Probatur antecedens: quia Christus, cum in terris degeret, Ecclesiam visibiliter administrabat, ut summus eius pastor, & rector: neque illam, dum vixit, aut populo suo commisit gubernandam: aut optimates aliquos in societatem æqualem sibi participatus admisit. Probatur autem consequentia: Primo, quia aliquando non esset Ecclesia, quæ nunc est, eadem ciuitas Dei cum illa: vntem Philo sophus docet libro 3. Politicorum cap. 2. Ciuitas dicitur eadem specie, donec remanet eadem forma Reipub. id est, idem communis gubernationis modus: quo mutato, mutatur etiam ciuitas. Secundo, Christus hac ratione Ecclesiam regebat, ut ipse summus esset: sub eo Apostoli: quibus inferiores erant Septuaginta discipuli. At Apostoli transcurribus successerunt Episcopi: Septuaginta discipulis presbyteri: Ergo & Christo successum oportuit.

II. Respondeo, distinguendum, ut semper, regimen, in summum, & subalternum. Illud, cum qui monarcha est, suo iure, summoque rem gerit. Hoc vero, cum alieno, & subalterno, ut in provincia proter. Si de summo iure agitur, totum argumentum conceditur. Sed consequens non est contra nos, qui in statu quæstionis posuimus, Ecclesiam veram esse, & puram monarchiam, quia summo iure pendet à Christo: non tantum ab initio, sed & deinceps. Itaque eadem probatio satisficit. Non enim potest alia esse ciuitas, manente eadem forma Reipublicæ. Secunda autem est absurda: quia Christo in summo illo iure succedi non potest, in æternum viuenti, suamque auctoritatem regnanti: vnde Paulus, 7. ad Hebræos, *Et illi quidem, Aaronicos intelligit, plures facti sunt, quod mors prohiberet eos permanere: At iste, propterea quod in æternum manet, perpetuum habet Sacerdotium.* Et sane, ne ipsi quidem Papistæ suum illum Pontificem dicant successorem Christi: sed tantum Vicarium.

III. Quod si agatur de subalterno rectore, primo, negatur antecedens. Nunquam enim Christus, dum institueret Ecclesiam in Iudæa, vnum aliquem sibi subrogauit, cui suas partes demandaret: atque ad eo ipse solus discipulos vocauit ad se, solus binos ad prædicandum misit, solus duodecim Apostolos adiecit. Denique, neque populo, neque optimatibus suam commisit Ecclesiam regendam: quæ vere notauit Sanderus. Itaque falso antecedente, non potest verum consequens elici.

IV. Secundo, negatur etiam consequentia: id est, etiam si supponamus (quod tamen falsum est) Christum sibi suffecisse aliquem vicarium, tamen non sequitur, debere vnum constitui super omnibus Ecclesiis. Quemadmodum, neque reges sibi vnicum pro regem suffecisse. Imo, ne Papæ quidem Romani, sibi vnum per vnuerum orbem Legatum Sufficeret igitur, si singulis Ecclesiis, aut certe singulis diocæsiibus, vnus Episcopus præficeretur: si tamen id Christus iussisset. Quamquam hoc quidem necesse est: potest enim monarcha pro arbitrio leges de re sua Reipublicæ. Sic etsi olim Romani, etiam cum eam Democrati-

lice viuebant, Prætores singulis prouincijs iuri dicundo præferebantur: tamen hodie reges Gallie multos, tum Præfides, tum Consiliarios constituunt. Adeo non insolitum est, & in Democratia vnicum esse, & in Monarchia plures Reipublicæ administratores.

V. Ad primam rationem respondeo, aut non intelligi à Bellarmino, aut audacter perueri Aristotelis axiomata, πολιτικός γυνομένη ἐστὶν ἡ πόλις, ἢ ἀφ' ἑσῶς τῆς πολιτείας ἀναγκάσιον ἀναγεῖν αὐτὴν τὴν πόλιν. Cum politia sit specie alia, differt que à seipsa, tum ne esse videtur non esse ciuitatem eandem. Nam primo, ciuitas intelligenda, non materialiter, sed formatiue, pro Reipub. forma. Et enim, ciuitate materialiter sumta manente eadem, potest mutari ciuitas formatiue: ut cum eadem Roma alias regibus est vsa, alias Consulibus, tertio etiam Imperatoribus. Et hic quidem ciuitatem materialiter, credo, non intelligit Bellarminus. Alias negandum esset eandem permanere Romanam Ecclesiam in interregno: ut, exempli gratia, cum clerus Romanus sic loqueretur, scribens ad clerum Carthaginensem. Cum incumbant nobis, qui videmur propositi esse, & vni Pastoris custodire gregem. Nam tum videtur aliquantulum mutata politia, cum, pro vno Pastore, plures clerici Ecclesiam regerent.

VI. Im vero formatiue mutari ciuitas dicitur, id est, τὴν εἰδὴ ἐπίσημον, cum maiestas imperij transfertur. Quod fit duobus modis. Primo, cum permittantur species, siue formæ Reipublicæ Monarchia, Aristocratia, Democratia. Sic non mansit eadem Romana ciuitas, cum regibus exactis Consules sunt instituti: quia è Monarchia, facta est Democratia. Et rursus, cum Imperatores summa rerum potiti sunt: tum Democratia rediit ad Monarchiam. Sic Respublica Syraculana à Timoleonte mutata est, pulsus tyrannis. Sic denique apud Heluetios à nobilibus ad plebem delato imperio, ex Aristocratia facta est Democratia. Secundo, mutatur Respublica, cum ab vna ad aliam maiestas transfertur: manente etiam eadem regiminis forma. Sic eueria est à Cyro Persa, Medorum monarchia: & ab Alexandro Persarum: cum tamen neque Cyrus, neque Alexander substituerint pro Monarchia, Democratiam, aut Aristocratiam: nam ipsi monarchæ fuerunt: & Darius sese regem dicebat Persarum, Medorumque. Sed, quia quæ regna primo erant perse, ac penes se habebant maiestatem, redacta sunt in prouincias, quæ alijs subessent, qui ad se maiestatem rapuerant. Similiter, cum à Monarchica auctoritate Imperij subducens sese Gallia, facta est sub monarchica auctoritate sui, proprii: regni.

VII. At cum, non mutata, aut translata maiestate, reliqua gubernationis forma variatur, tum non propterea non manet eadem specie Respublica. Roma, post electos reges, in statu populari varias mutationes est passa. Nam primo, Consulatus erat penes nobiles solos: inde facti sunt Tribuni militum: postea Consulatus populo communicatus: aliquando de eorum facti: non raro etiam dictatores, integra semper eademque politia. Sic in Gallia, olim vnicum fuisse Parlamentum ferunt, & ambulatorium: deinceps facta octo: regno semper saluo.

VIII. Im vero, cum fieri nequiret, ut eadem numero personæ, eandem Reipublicam administrarent successio inducta est: quæ est translatio eiusdem dignitatis ab alijs in alias personas: cum primis rectoribus alij succedunt eodem gradu, ut si primus sit summus, reliqui item summi sunt: & subalterni, si subalternus. Neque enim summi subalternique inter se succedunt. Sic Augusto Tiberius successit, Tiberio Caligula, huic Claudius. In Gallia nostro seculo: Franciscus primo, Henricus secundus: tum continuata serie, Franciscus secundus, Carolus nonus, Henricus tertius, & quartus. Quia eodem iure, Imperator erat Tiberius, quo iure Cæsar: eodem rursus Henricus rex, quo Franciscus. A vero, Ciceronis Augustum nemo successorem dixerit: quia Cicero tantum Consul Reipub. Romanam administrabat, Augustus vero Imperator.

IX. His positis, facile satisfiat argumento. Nam si de summo Imperio agimus in Ecclesia: constat nihil mutatum: quia idem Christus semper obiaer. Quo melior est Ecclesiæ, quam vilis Reip. conditio. Nam hæ non habent vnum numero imperatorem: sed multos, quorum vnitas in successione. Hinc fit, ut non eodem semper modo regantur: quia non omnium successorum idem ingenium. Succedit enim Augusto, optimo principi, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, sceleratissimi: Tito, delictis generis humani, Domitianus odium Dei, atque hominum. Antonino Philosopho, Commodus gladiator. In ipsa Romana, quam vocant Hierarchia, quot monstra numerant historici: At Ecclesiæ maiestas, nullis his casibus obnoxia est: præfidentem semper vno eodemque Iesu Christo, Domino nostro, Filio Dei.

X. Si autem agimus de regimine subalterno, primum negamus monarchicum esse institutum à Christo. Neque enim ipse sibi quinquam vnum subordinauit in Iudæa, ut fateatur, imo profiteatur Sanderus: & res ipsa facile probat. Elegit enim, tum duodecim, tum septuaginta: atque hos binos misit in Iudæam ad prædicandam Euangelium. Quinque etiam ipsi, quid de Petri primatu agunt, negant constitutum, nisi post resurrectionem ab ascensuro iam iam ad Patrem Christo. Erat ergo pluribus æquo iure commissum regimen Ecclesiæ subalternum: quate, si & hodie, tum eadem forma perseuerat: nec est mutata. Secundo, etsi concederemus esse mutatam, tamen non sequeretur Ecclesiam non esse eandem: quia, ut dixi, forma Reip. non consistit in subalternis magistratibus: sed in summo. Sic cum iure humano facti sunt Episcopi superiores presbyteris, nemo tamen questus est Ecclesiam ob id à sua prima natura egressam. Neque hoc nostro seculo, cum ab Episcopo primatu, ad primam presbyterorum societatem reditum est, quisquam queri debet, non esse apud nos Christum Ecclesiam.

XI. Atque adeo magnum peccatum peccauit Bellarminus. Nam, quo iure ad Papam à Christo delatam vult regiminis auctoritatem? successione, an substitutione? Si prius, blasphemie. Nam Christum oportebit prius exutum vel morte, vel destitutione. Quorum vtrumque

absurdum, & impium. Christus enim non moritur: Et summam regendæ Ecclesiæ auctoritatem exercuit, non tantum ante crucem, & in Ecclesia Iudæica: sed etiam post resurrectionem in omnes Ecclesias, saltem in illis Apostolis in vniuersum orbem: à quo tempore non possunt mortuum dicere. De destitutione non dico: nam ne per somnium quidem venisse in mentem credo. Nemo igitur Christo successor est. An igitur substitutus? Primo peccat admodum: hæc enim questio est: vtrum vnus substitutus sit. Sed secundo peccat Bellarminus, quod subleuon eis ἀπογενέσθαι. Nam, qui pro argumento sumit regimini summum, subito transit ad subalternum: nimis vafre, ne quid durius dicam.

XII. Ad secundam rationem, quæ est Sanderi, respondeo, primò falso sumi Apostolis & septuaginta discipulis fuisse successum ab Episcopis, & presbyteris. Nam successor is est, qui in eundem magistratum alteri cuiusdam substituitur. At neque Episcopi in Apostolorum, neque presbyteri in discipulorum gradum vocati sunt. Nullus enim illorum liberam legationem habet, ut hi habuerunt: sed omnes suis certis gregibus assignantur. Itaque ne nomina quidem remanserunt communia. Nam, ut plurimum, successores solent eadem eiusdem magistratus appellatione gaudere. Sic Tiberius æque Imperator cum Augusto: & Clodio rex æque cum Pharamundo. At nunquam Episcopi Apostoli sumi appellati. Quod si Apostolis, discipulisque septuaginta non fuit successum, cur potius Christo?

XIII. Secundo: negatur consequentia. Non enim sequitur mutari summam rerum, etsi mutantur inferiores magistratus. Sic, quantiuis in Iudæa præfeti sæpius mutantur, vnde Actor. 24. dicitur Felix successorem accepisse, Portium Festum: tamen idem Cæsar permanebat. Cur non similiter, vnus idemque Christus permaneat Monarcha: mutatis subinde iis qui Ecclesias singulas administrant? Imo vero hanc alij Papistarum blasphemias annumerabunt Catholici, quod Christo audeant successorem sufficere: & obseruabunt; quod se illi τῆς ἐκκλησίας infidens Vicarium appelleret; eo fieri, quod sibi non dum satis frontem perficerit: nam alioquin re ipsa gerere se pro successore. Imo & successoris nomen ipsum iam paulatim affectari, quis non videt; qui memoret sic olim Antonium tentasse plebem Romanam, cum diadema Cæsaris imponebat capiti: recusante quidem Cæsare: sed indignante tamen sibi repugnanti à plebe applaudi? Et sane successoris nomen quis affectari mretur, qui Sponsi usurpatum norit? Innocentius tertius (lrm. 3. in consecratione Pontificis, Anno ego sponsus sum, & quilibet vestrum amicus sponsi?)

C A P. XIII.

De vnitate Ecclesiæ.

Vndecimum argumentum est ab vnitate Ecclesiæ, quod quidem dupliciter tractatur. Primum enim arguit ab vnitate fidei, Bellarminus, & Petrus Auratus. Necessè enim, ut omnes fideles idem omnino sentiant in rebus fidei: quia, Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Quarto ad Ephesios. Atqui vna fides in Ecclesia esse non potest, si non sit vnus summus iudex, cui omnes acquiescere teneantur. Nam cum multi sunt pares, vix fieri potest, ut in rebus obscuris & difficilibus vllus velit alterius iudicium suo iudicio anteponi.

II. Respondeo, non sequi, si vnitas fidei conseruanda sit, vnum esse debere omnibus Ecclesijs hominem præpositum. Nam conseruandæ vnionis ratio gemina, vel summa, vel subordinata. Summa est ipsa vnus capitis vis agens in omnia membra. Basilis in Asce. icis proemio, ἀπὸ κριμάτων Θεοῦ. πῶς ἐκεῖνος ἕσται ὁμογενομένη; ἐγὼ δὲ εἶμαι ἢν σὺ ζῆται ἢ τὴν αὐτὴν ἀγγελίαν πρὸς τὴν ἐπιπέδον πολεῖν πᾶσι τῆς ἐκκλησίας. Ἐπεὶ, ὡς ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ὁμοῦ δὲ ἐστὶν τὸ μέτρον Χριστοῦ, ἢ μὴ μὴ ἐκ μέρους κερταίως δηλοῦν, καὶ συναπτεῖται ἐκαστὸν τὸ ἀπὸ ὡς ἐστὶν ὁμοῦ ἐκ μέρους, καὶ μόνης κατὰ τὴν ἢ πρὸς ὁ Χριστός. Quam ob causam ita constitutum est? Mea quidem sententia, ut similis conseruetur nexus, & ordo multo magis in Ecclesia Dei, ad quam dictum, Vos estis corpus Christi, & membra ex parte: continente scilicet, & vnumquodque alteri conuolente illo vno, & solo capite Christo.

III. Subordinantur huic summa, quæcumque rationes sunt ab hominum misterio: sed hi semper plures. Nam olim, cum exortæ sint hæreses multe, tum nunquam ad vnum aliquem fuit concursus, cuius auctoritate questiones deciderentur. Cum exorta esset aduersus Paulum & Barnabam disputatio de Mosaicis ritibus, Apostoli conuocant Concilium, Actor. 15. Quo remedio deinceps Ecclesia diligenter vsa est; quoties vel hæreses, vel schismata eius rumpere vntionem. Sic cum de festo Paschæ non exigua conuocata esset controuersia, restatur Eusebius libri 6. cap. 22. conuentus Episcoporum factos esse multos in Palaestina, Romæ, in Ponto, in Gallia, in Olioena, Corinthi; qui omnes vna sententia confirmant festum celebrandum die Dominica. Nec aliam ob causam Synodus Nicena facta, Nam cum in singulis ciuitatibus (inquit Eusebius de vita Constantini lib. 3.) Episcopi cum Episcopis, & populus contra populam tumultus ciere, & impetu quadam repente, instar Symplegadam, & mutuis pugnis sese concidere cepisset: Constantinus, simulatque fama rerum istarum ad ipsius aures perueniuit, intellexit que literas ad Alexandrinum à se missas, nihil habuisse ponderis, nouitque consilium animo capere agitare, inquit alio pralio contra occultum illum & clamorifinum hostem, Ecclesia statum perturbantem, de integro decernendum deinceps igitur concilium generale, tanquam quandam Dei exercitum instruens, in vnum locum coegit. Sed & ipse Constantinus ad Ecclesias de habita Nicenæ synodo, sic scribit, apud eundem Eusebium, eiusdem lib. c. 16. Theodoretum lib. 1. c. 10. Et Socratem lib. 1. c. 6. πρὸς τὴν λαβὴν ἐκ τῆς ἑκκλησίας ἐπέστη, ὅπως ἐστὶν διωκόμενος πρὸς τὴν χάριτα, τῶν πᾶσι πάντων ἐκκλησιαίων ἐνεμ μοι ὡς ὁμοῦ κεν ὡς ὅτι, ὅπως πᾶσι τῶν μετὰ τὸν Χριστὸν τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἐκλήσας πᾶσι τῶν μέλων, ἢ ἀλλοτρίων ἐκκλησίας, ὁμογενομένη τε ἀπὸ τῆς πατρικῆς Θεοῦ ἐπιπέδου τῆς πίστεως.



Theſſalonicenſes 2. Imitatores facti eſt Eccleſiarum Dei, qua ſunt in Iu-  
dæa. Apocalypſi. I. Ioannes ſeptem Eccleſias, qua ſunt in Aſia. Atque hæc par-  
ticulares vocantur, ſive ſingulares. Itaque hoc ſane ſenſu falſum eſt, v-  
nicam eſſe Chriſti Eccleſiam. Iſis autem ſingulis ſuos præſeſ rectores,  
centum. Actor. 14. Αποστολοις εν εκαστη εκκλησια περιεποιεον, Creatis  
per ſuffragia preſbyteris per ſingulas Eccleſias. Ad Titum 1. κατας ηους κει  
αυτοριτας, conſtituas oppidatum preſbyteros. Vnde in Apocalypſi legimus,  
Angelum Ephæſiæ Eccleſiæ, & Smyrnenſis, & Pergamena, & Thyati-  
renſis, & aliarum.

XIV. Neque ea rectorum multiplicitas, magis ſcindit Eccleſiam  
Catholicam in plures, quam regnum vnum diuiditur in multa regna,  
cum ſingulis provinciis ſinguli præſiciuntur proreges, quorum nullus  
in aliam habeat imperium. Imo vero quam ipſa Papiſtica Eccleſia ſcinda-  
tur, cum ſub eodem Papa multi ſunt Cardinales, Archiepiſcopi. Nihil  
ominus enim omnes illæ particulares Eccleſiæ ad vnam illam pertinent  
Catholicam. Vnde Auguſtinus in Breuiculo collationis tertii diei cap. 4.  
Per totum mundum effunditur, incipiens ab Hieruſalem: vnde in propinqua  
longinqua creſcendo, etiam in Africam venit: & in alia loca & ciuitates per  
quas dilatata eſt: in quibus multa Eccleſiæ, ad ipſam vnicam pertinentes, Apo-  
ſtolico labore fundata ſunt. Cyprianus autem de ipſa Episcoporum multi-  
tudine, libro de Vnitæte Eccleſiæ. Episcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſol-  
idum pars tenetur.

C A P. XIV.

Vtrum omnibus paſtoribus præſciendus ſit Pa-  
ſtor vnus.

I. Vodecim Argumentum, Turriani de Eccleſia lib. 1. cap. 8. &  
Bellarmini de Pontificali lib. 1. cap. 9. Si ſingulis Eccleſiis ſinguli  
præſciendi ſunt Episcopos: ergo & omnibus Eccleſiis vnus aliquis. At ve-  
rum prius. Ergo & poſterius. Antecedens probat Bellarminus auctoritate  
Caluini Inſtitut. lib. 4. cap. 6. legm. 7. Quid aliud vult, quam ſingulis  
Eccleſiis debere ſuos Episcopos attribui? Conſequentiam autem: Turrianus.  
Nam cum Episcopos, arietes quidam ſunt, ſecundum Prophetam Eze-  
chielem, cap. 34. Ecce ego iudicabo inter ouem & ouem: & inter arietem &  
arietem: vbi Episcopos vocantur arietes, tanquam ductores gregis: Con-  
ſequens eſt neceſſario, ſecundum rationem ac naturam, illis non minus  
opus eſſe paſtoribus, quam gregi ouium, id eſt, laicis: Imo etiam magis,  
ne qui aliorum duces ſunt, ipſi errent: & alios, quibus præſent, in erro-  
rem mittant. Bellarminus autem: tum quia nulla ratio poſtulat, vt partes  
Monarchice, totum autem Aſtocratice gubernetur: tum quia quibus  
rationibus probatur vnum Episcopum præſeſe Parochis, Archiepiſco-  
pum Episcopos, iſdem probatur vnum ſummum Pontificem præſeſe de-  
bere Archiepiſcopis, & Patriarchis. Nempe primo, quia vna ciuitas non  
potest bene regi niſi ab vno: Eccleſia autem etiam vna eſt vniuerſa. Se-  
cundo, quia vnus requiritur Archiepiſcopus, non niſi vt contineatur  
Episcopos in vnitæte, vt diſſoluantur eorum lites, vt ad Synodum convo-  
centur, vt cogantur fungi ſuo munere: at propter eaſdem cauſas requiritur  
vnus, qui Archiepiſcopis & Patriarchis omnibus præſit.

II. R ſpondeo, primum negari antecedens. Non enim neceſſario  
vnum aliquem vniuerſe Eccleſiæ præſeſe oportet. Nam Scriptura Epi-  
ſcoporum plurimum meminit in vna & eadem Eccleſia. Vnde Hieronymus  
ad Euagrium. Apoſtolus perſpicue docet eosdem eſſe preſbyteros, quos Episcopos.  
Quæ autoritas? Audi teſtimonium. Paulus & Timotheus ſeruus Chriſti  
Ieſu, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippi, cum Episcopos & Dia-  
conos. Vt & aliud exemplum? In Actibus Apoſolorum ad vniuerſam Eccleſiam Sacer-  
dotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis, & cuncto gregi in quo vos Spiritus  
Sanctus poſuit Episcopos, vt regeretis Eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſan-  
guine ſuo. At ne quis contentioſe in vna Eccleſia plures Episcopos fuiſſe conten-  
dat, audi & aliud teſtimonium, in quo manifeſtiſſima comprobatur eundem  
eſſe Episcopum atq; Preſbyterum. Propter hoc reliquit Creta, vt quæ deerant  
corrigeret, & conſtitueret preſbyteros per ciuitates, ſicut & ego mandauit. Si  
quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir filios habens ſideles, non in accuſatione lu-  
mure, aut non ſubditos. Oportet enim Episcopum ſine crimine eſſe, quaſi Dei diſ-  
penſatorem. Hæc, atque alia nonnulla in eundem ſinem Hieronymus, quæ  
alias diſputantur ſub ſuo loco. Hinc autem duo pro nobis faciunt:  
primum, quod diſerte vniuerſe Eccleſiæ plures dicuntur Episcopos in Scri-  
ptura: deinde, quod iſdem ſunt preſbyteri & Episcopos. Nam ſi ita eſt, ne-  
ceſſario concluditur, eundem Eccleſiæ plures eſſe rectores: non igitur  
non poſſe vnam Eccleſiam recte adminiſtrari niſi ab vno.

III. Sed adit Hieronymus, Quod autem poſtea vnus electus eſt, qui  
ceteris præſideretur, in ſchiſmata remedium factum eſt. Ergo non ab initio,  
ſed poſtea; hoc eſt, procedente tempore, & nouis naſcentibus occaſio-  
nibus, ea in Eccleſiam introducta eſt politica ratio, vt ſingularum Eccle-  
ſiarum ſinguli eſſent Episcopos. Atqui in Eccleſia id optimum quod pri-  
mum: id primum quod ab initio. Quare, non tantum poterit Eccleſia à  
pluribus adminiſtrari: ſed etiam ea ratio optima fuerit: niſi forte quis ab-  
ſurde eligat dicere, ab initio Eccleſiam minus bene fuiſſe adminiſtra-  
tam. Iam ſi nulla neceſſitas cogit Eccleſiis ſingulis ſingulos præſci: certe  
multo minus aut pluribus, aut vniuerſis vnum. Itaque neque pluribus  
parochis Episcopos: neque Episcopos Archiepiſcop, neque his Patriarchæ  
præſciendi erunt. Atque adeo Parochorum, Archiepiſcoporum, Patri-  
archarum ignota fuerunt Apoſtoliſ nomina: & poſt Apoſtolos etiam  
plurimis anois.

IV. Sed ſecundo negatur conſequentia. Vt enim non ſequitur, ſi  
ſingule familie vnum habeant patrem familias; ergo & cunctas, ſi ſin-  
gula regna vnum regem; ergo & omnia: ita non eſt conſequens, vt omni-  
bus Eccleſiis vnus præſit Episcopos, quia ſingulis ſinguli. Atque adeo,  
hoc quidem, nimirum vt ſinguli Episcopos ſingulis præſeſent Eccleſiis,  
ſunt olim conſtitutum atque obſeruatum auctoritate gratia: illud vero, vt  
vnus omnibus, nunquam. Cyprianus in Concilio Carthagenſi. Neque

quiſquam noſtrum, Episcopum ſe eſſe Episcoporum conſtituit, aut tyrannico ter-  
rore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit.

V. Ad Turriani rationem reſpondeo, primo, apud Ezechielem eo  
loco arietes non intelligi paſtores populi: Lyranus. Arietem & hircum,  
id eſt, bonum & malum. Hoc modo dicitur Matthæi vigefimo quinto, Sta-  
tuet oves à dextris, hædos autem à ſiniſtris. Perſpicue. Nam apud Mar-  
thæum nemo arietes ſumit pro paſtoribus: ſed intelligit duntaxat arie-  
tes & hircos dictos, bonos & malos, ſiue ij paſtores fuerint, ſiue de gre-  
ge. Theodororus. Sicut paſtores & oves iudico: ita etiam ouium iudex ero,  
& peccantes puniam. Indicat duas eſſe partes huius ſermonis Propheti-  
ci: vnam, de paſtoribus, ab initio capitis: alteram de ouibus, ab hoc loco.  
In prioribus tur, Deum ſeſe comminatum eſſe fore iudicem paſtorum:  
In ſecunda ſimiliter pronuntiare ſe iudicaturum oves. Itaque ex ea men-  
te, tum arietes, tum hirci, in grege ſunt, non in paſtoribus. Similiter  
Hieronymus. Hæc (quæ continentur in prioribus) aduerſus paſtores lo-  
quutus eſt. Nunc loquitur ad oves, id eſt, ad populum, & ad vniuerſos pecoris gre-  
gem, id eſt, ouium & caprarum: & non ſolum ad eos & capras, ſed & ad arie-  
tes & hircos, qui ſunt in gregibus principes. Et fauet ratio. Non enim  
conſtaret allegoria: quia arietibus nunquam committitur gregis cura:  
itaque non poſſunt paſtores ſignificare.

VI. Secundo: etiam ſi concedamus Ezechielem per arietes ſigni-  
ficari paſtores; tamen negatur conſequentia: Ergo his paſtoribus alios  
eſſe præſciendos. Primum, quia id nuſquam Propheta, aut dixit, aut  
ſignificauit: imo in toto eo ſermone, nulla eſt particula, quæ ad hanc  
conſequentiam ferri queat. Allegoria autem, quoties expatiatur vltra  
auctoris mentem, ſomnium eſt, non allegoria. Quæ ſi ego dicerem: Pro-  
pheta arietibus comparat Episcopos: At arietes habent duo cornua:  
Ergo Episcopos debent habere miram biſidam. Quis non rideat? Dein-  
de, eſt contra mentem Prophetæ. Nam ſi alij ſunt Episcopos, atque alij  
Episcopos præſci: & Episcopos ſignificati ſunt per arietes: ergo, Episcopos  
præſci non ſignificabuntur per arietes. Itaque Propheta tantum  
comminatus eſt: Dei iudicium Episcopos, non etiam Episcoporum præ-  
ſci. Quod eſt abſurdiſſimum. Quod ſi in arietibus contineantur et-  
iam Episcopos præſci: ergo, vel abibit in infinitum; vt, quia ipſi Episcopos  
præſci ſunt arietes: arietibus autem paſtore opus eſt: ergo & ipſi E-  
piscopos præſci, ſunt alij præſci: nullo ſine facto. Vel quod certius  
eſt, in præſci Turriani conſequentia.

VII. Nam quod addit, Ne, qui aliorum duces ſunt, ipſi errent:  
æque circulariter eſt. Nam, non tantum Episcopos poſſunt errare: ſed et-  
iam iſi præſci: ac proinde his etiam præſci opus eſſet: ac excepto  
quid in illo vniuerſo, ad quem poſtremo deueniri volunt. Nam ille ho-  
mo eſt æque cum reliquis: & erroribus obnoxius. Itaque huic etiam al-  
io direttore opus eſſet. Quod ſi ei Deum præſciunt: interrogo, cur  
huic potius quam reliquis? Aut cur non ceſſent Deum ſufficere, non  
multis tantum, ſed omnibus regendis. Tum cur diſcedant à Veritatibus;  
qui Episcopos ſui actus rationem Deo redduros tenebunt, teſte Cy-  
priano. Denique obſeruari iubebo, ab ipſis ſuum argumentum elumbari:  
nam ſi huic vni, quamuis erroribus obnoxio, non eſt neceſſarium  
præſci aliquem hominem: ergo non erit verum Axioma: Omnibus;  
qui Erroribus obnoxij ſunt, eſſe aliquem hominem præſciendum. Ex  
hoc autem falſo, nulla poteſt vera conſequentia elici.

VIII. Ad primam Bellarmini rationem: primo nego partes mo-  
narchice gubernari. Non tantum, quia plures Episcopos poſſunt ean-  
dem partem regere, vt iam dixi: ſed etiam, quia ne tum quidem, cum  
vnus eſt, regimen eſt Monarchicum: quia is non eſt ſummus, ſed ſum-  
mo ſubalternatus. Ab eo autem ſummo Republica formam ſumit.  
Exempli gratia: Romani ſingulas Provincias ſingulis Prætoribus com-  
mittebant: nec tamen vllus vnquam dixit eas provincias monarchice  
adminiſtratas. Et in Regno Gallia, plures provincias plures proreges  
regunt: nec tamen regnum aſtocratice adminiſtrari dicitur. Ratio  
eſt, quia apud Romanos prætores à populo pendebant: quod in Mo-  
narchicum regimen cadere non poteſt: & in Gallia omnes Proreges ab  
vno Rege autoritatem mutuuntur: quod ab Aſtocratia abhorret. Itaque  
Eccleſiæ ſingula non propterea monarchice gubernantur, quia  
ſingulis vnus præſci: ſed quia iſi qui præſci, ab vno Chriſto autori-  
tatem habet: quod æque fieret, ſi ſic ſingula à pluribus admini-  
ſtrarentur.

IX. Secundo, negatur eadem ratio eſſe vniuerſe Eccleſiæ & omnium.  
Nam ſingula Eccleſiæ ſunt numero vna: itaque regi poſſunt ab vno.  
At omnes Eccleſiæ, non ſunt vna, niſi quomodo τὴν ἑξῆς ὄλην πέντε;  
id eſt, quomodo omnia regna ſunt vnum regnum: quatenus, inquam,  
conſiderantur, ſecundum externam politiam. Itaque, quæ admodum  
non ſequitur, quia ſingulis regibus ſinguli reges præſunt; ideo omnibus v-  
num præſciendum: ſic inepte concludas, quia ſingulis Eccleſiis ſinguli  
Episcopos; ideo omnibus etiam vnum.

X. Ad ſecundam Bellarmini rationem; reſpondeo eas rationes, qui-  
bus conſtituta eſt in Eccleſiis ea politica ratio, vt ab vno ſingula ad-  
miniſtrarentur, eſſe tantum probabiles, non vero neceſſarias. Itaque, ſi  
iſdem nixi Papiſtæ concludant de omnibus, id futurum non neceſſa-  
rium, ſed duntaxat probabile. At in religione Chriſtiana qui probabi-  
liter tantum diſſerit, nihil agit. Tum valeat forte hæc probabilitas, ſi res  
ab initio conſultanda proponitur, ſic vt integrum ſit in vtramque par-  
tem quilibet ſtatueri: ſed reſ iam conſtitutas, & conſtitutas à Chriſto,  
vel ab Apoſtoliſ: eas, inquam, reſ ita conſtitutas ab initio, immutare  
nemini licet: multo minus ſola veriſimilitudine nixo.

XI. Non poſſe autem, niſi ab vno, ciuitatem bene regi, falſo ſumitur.  
Roma enim optime regebatur à duobus Conſulibus: aliquando et-  
iam ſex Tribunis militum. Sparta à duobus Regibus, & ab Ephoris.  
Athens ab Areopagitis. Alioquin Apoſtoli accuſandi forent, qui plures  
in eadem ciuitate viderunt Episcopos. Sic quidem apud ſe homines poſt-  
ea ſunt deinceps ratiocinati, vt concluderent melius & facilius ab vno v-  
nam Eccleſiam regi: ſed non eſt conſequens, vt quod videretur melius, ideo  
ſit neceſſarium. Quid? quod non abſolute, ſed ἕνεκεν melius eſt viſum?  
Nempe





Chrysoſtomus, cum videret gentem Scythicam doctrinæ Atrianæ laqueis irrecitanti, molitus inde eam ſedulo eripere, complures, qui eadem lingua loquerentur, presbyteros, diaconos, & lectores ordinavit. Idem, cum eos qui inter Scythas Nomadæ vocantur, Iſtriacolæ, accepiffet ſitientes quidem ſalutem appetere, ſed habere neminem, qui ſitum ſalutatis doctrinæ fluentis reſtingueret, viros laborum Apoſtolicorum imitatores conquiſiuit, eosque illis erudiendis præfecit: ſed & literas ſcripſit ad Leontium Episcopum Ancyra, quibus tum Scythas ſignificabat eſſe cõuerſos ad fidem, tum orabat vt viros idoneos ad rectam ſalutis viam illis commonſtrandam mitteret. Hæc Theodoretus, libro 5. hiftoriæ. c. 20. & 21. Euagrius lib. 4. c. 22. narrat, eos, qui ad Tanaim habitarent oraffe Iuſtinianum Imperatorem, vt Episcopum ad ſe mitteret: idque illum diligenter perfeciffe. Ante id tempus cum, Iberes templum ædiſſent, ad montem ab ea muliere, quæ eis prima Chriſtum prædicarat, legatos ad Conſtantinum Imperatorem miſerunt, vt ſibi doctor aliquis veræ in Deum pietatis mitteretur. Imperator, cum legatos ſumma humanitate & beneuolentia complexus eſt, tum virum fidei, doctrinæ, & piæ vitæ ornamentis eximie decoratum, atque ad Episcopatus gradum euectum, præconem diuinæ cognitionis, Iberum genti cum donis quam plurimis miſit, reſtante Theodoro libro 1. c. 24.

V. Et his omnibus exemplis apparet ſatis, opinor, abunde, hominum ad fidem conuerſendorum, hoc eſt, propagandæ Eccleſiæ curam, nemini vt proprio iure demandatam, ſed omnibus commendatam, communemque, quibus Deus offerat rei bene gerendæ occasionem. Eamque ob cauſam modo Episcopum Alexandrinum, modo Ancyranum Antiftitem, modo Conſtantinopolitanum, modo ipſum etiam Imperatorem, ei rei inuigilaff. Itaque eam ob rem non eſſe neceſſe vnus cuiuſpiam tyrannidem inuehi in Eccleſiam.

VI. Neminem debere prædicare, niſi mittatur; noſtrum nemo negat. Sed viciffim primum, ſciunt Catholicæ, non eos tantum mitti, qui ab hominibus ordinari mittuntur: ſed eos etiam qui à Deo extra ordinem ſolicitantur: in quo miſſionis genere, neceſſarius eſt non poteſt ſummus ille Paſtor. Deinde, ne illi quidem non legitime mittuntur, qui à variis per multas Eccleſias Episcopis mittuntur. Itaque, ne ſic quidem ad vnus autoritatem deueniendum.

VII. Mittere autem in alienas prouincias ſi non ſit Episcoporum particularium; ergo damnandi fuerant olim Athanaſius, Chryſoſtomus; qui in prouincijs non ſuas Episcopos mittebant. Sed Catholicæ diſtingunt. Alienam prouinciam, vel eam dici quæ ſit alteri iam Episcopato assignata: vel eam quæ ſit extra vnus certi Episcopatus fines. Et de prioribus quidem ſignificatione nulla nunc quaſtio eſt: quia agit de propaganda Eccleſia, id eſt, conſtituenda in locis, ubi nondum eſt. At ſi eſſet in ſua locis conſtitutus Episcopus, ad cuius curam perſinerent, tum eſſet iam propagata in eos locos Eccleſia.

VIII. Alia autem ſignificatione, nego non licere alicui Episcopato particulari quemquam mittere in prouinciam non ſuam. Nam & nulli obſtant veteres Canones: & contra exempla ſunt, quæ iam ante enumerauit Athanaſius prouidit India: imo ei parti India, ad quam ne Thomæ quidem prædicatio peruenerat, cui India assignatam eſſe ab Apoſtolorum tempore Veteres teſtantur. Sic Saracenis Lucius Alexandrinus Episcopus poterat Episcopatum conſecrare. Sic Chryſoſtomus Ancyranum Episcopum horatur, vt ad Scythas doctores mittat: quæ omnes prouincia erant alienæ: hoc eſt, iſtis Episcopis non commiſſæ.

IX. Iam de Bellarmintiana experientia quid dicam? Ad Germanos Bonifacius; ad Francones Kilianus, ad Anglos Auguſtinus, miſſus eſt ab aliquo Romano Episcopato: per Hispaniam, Galliam, Africam Eccleſiæ conſtituta ſunt ab iſis, quos Petrus miſit, aut Petri ſucceſſores. Quid tum? Nam vnuerſæ Eccleſiæ non continentur iſis earum nationum limitibus: ſed tantum Occidentales. Itaque ſequitur, Romanos Episcopos, ſi forte, ſuo officio ſupertos eſſe: forte etiam magis quam alios vilos laboraſſe. Sed nullas conſtitutas Eccleſias, niſi eorum autoritate, nullo modo ſequitur. Et perſpicue falſum euincitur ab iſis exemplis, in quibus Episcopos Romani neque nomen, neque autoritas interuenit.

C A P. XVI.

De Patrum autoritatibus.

I. Argumentis veniendum ad veteres Doctores. Eos nullos Bellarminus quidem protulit in medium, ad hæc Theſin conſtituendam: ſed alij paucos nominant. Primus locus eſt Cypriani ex Epiftola 55. Neque enim aliunde hæreſes oborta ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod ſacerdos Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & index vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vnuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret: nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiscoporum conſenſum, iudicem ſe, non iam Episcopos, ſed Deo ſaceret. Hunc locum cum alij, tum præcipue Pamelius annotationibus in eam Epiftolam, prolixè diſputat intelligendum de Oecumenico Pontifice, atque adeo de Romano.

II. Reſpondeo, proſus aliam eſſe Cypriani mentem: nempe hanc, vt aſſerat omnia memora cuiuſlibet Eccleſiæ, puta, Romanæ, Carthagenſis, E. helinæ, Conſtantinopolitanæ, reliquarum, debere ſubiici proprijs Episcopis: inde autem naſci hæreſes & ſchiſmata, quod iſis ordo negligatur. Conqueritur enim apud Cornelium Romanum Episcopum de ſeueriſſimo, & Fortunato, qui ſe aduerſum inurgebant audacius. Quæ autem, inquit, ſui elatio eſt, quæ comminantium ſumens & inſtata & vana inſtat: illic (nempe Romæ) abſenti (Cypriano) minari, cum hieme habeant in poſtate præſentem? Inde locum communem ingreditur duplicem primorem de Episcopato: unum conſtantia aduerſus omnes calumnias, quem paucis abſolutè iterum de vltione Dei in calumniatores omnes: à qui-

bus deſcendit ad eos ſpecialiter qui inſurgunt in Sacerdotes: Nam cum ſcriptum ſit, inquit, Neque maledici regnum Dei conſequentur: & iterum Dominus in Euangelio ſuo dicat, Qui dixerit fratri ſuo, ſatue, & qui dixerit, racha, reus erit in gehenna ignis: quomodo poſſunt cenſuram Domini vltoris eundere, qui talia ingerunt, non ſolum fratribus, ſed & ſacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis ſacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret ſtatim necaretur? Tunc citatis multis ex vtroque teſtamento locis, concludit in hæc verba: Cũ hæc tanta ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus ſacerdos alius autoritas & poteſtas de diuina dignatione firmatur, quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes, & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonenti Domini comminatione, nec futuræ iudicij vltione terrentur? Tum his verbis ſubiiciuntur immediate ea de quibus nunc quaſtio: vt explicetur id quod quaſierat Cyprianus: quales eſſent Sacerdotum hoſtes. Nam hoc eos pernicioſiores vult intelligi, indeque ſeuerius puniendos, quod ſua rebellionem occasionem præbeant hæreſibus & ſchiſmatibus, Eccleſiam inuadendi.

III. Ipſa igitur ſermonis ſeries oſtendit locum intelligendum de quolibet cuiuſlibet Eccleſiæ legitimo Episcopato, quem vnus vocat, ex recepta iam poliæ Eccleſiaſtica ratione, vt in vna Eccleſia non eſſent plures. Etenim, cum ſuum ipſius proprium agat negotium: hoc eſt contra eos inuehatur qui ſuam autoritatem contemnebant, imo & ſibi Romæ calumniarentur, quæ in epte, quaſo ſermonem inueheret de Oecumenico pontifice, quia ad ſe nihil pertineret? Quilibet autem facile videt, ab hypotheti ad theſin aſcendi, qua probata niſi eſſet in illa difficultatis: vt hic ſit ſyllogiſmus. Quicumque inſurgit in Episcopum legitimum, iſi diuino iudicio graues pendet pœnas. At illi inſurgunt in legitimum Episcopum, ſcilicet Cyprianum Carthagenſem. Ergo digni ſunt qui graues pœnas luant. Maior probatur; Quicumque hæreſibus & ſchiſmatis occasionem præbent, iſi graues pœnas dare debent: atqui inſurgunt in Episcopum hæreſibus & ſchiſmatis occasionem præbent: ergo, qui inſurgunt in Episcopum, graues pœnas dare debent. Comparat partes, & videbis in priorè ſyllogiſmo agi de quocumque Episcopato: nam ſi de Oecumenico, minor fuiffet impudenter falſa. Itaque & in poſteriori de eodem, niſi forte ab amphora tranſeas ad vtrum.

IV. Et ruſſus, Quicumque ſe iudicem conſtituit Dei, graues pœnas dare debet. Atqui inſurgit in Episcopum legitimum, conſtituit ſe iudicem Dei. Ergo iſi graues pœnas dare debet. Probatur aſſumptio à Cypriano, cum docet non fortuito Episcopos creati, aut ſine iudicio Dei: Niſi, inquit, ita eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perdita mentis, vt putet ſine Dei iudicio fieri ſacerdotem, cum Dominus in Euangelio ſuo dicat. Nonne duo paſſeres aſſe uenient, & neuer eorum cadis interram ſine Patris voluntate? Cum ille ne minima fieri ſine voluntate Dei dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna, aut non ſciente, aut non permittente Deo fieri, & Sacerdotes, i. e. diſpenſatores eius: non de eius ſententia ordinari? Atque eodem modo, eodemque ſenſu Epift. 69. ad Florentium Puppianum. Porro autem etiam nunc in literis tuis animaduerto eundem te adhuc eſſe, qui prius fueras: eadem te de nobis crede. & in eo quod credideris perſeuerare: & ne forte claritatis & martyrij tui dignitas noſtra communicatione maculetur, in mores noſtros diligenter inquire, & poſt Deum iudicem, qui ſacerdotes facit, te velle, non dicam de me (quantus enim ego ſum?) ſed de Dei & Chriſti iudicio iudicare.

V. Hæc quanquam ſunt perſpicua, tamen contra diſputat Pamelius contendens circumſtantias textus hoc loco, arguere Cyprianum loqui de Romano & ſummo ſacerdote: concedens interea in Epiftolis ad Rogatianum & Florentium, de ſe & Episcopis omnibus loqui. Quam iudicij peruerſitatem in viro docto non mirari ſane non potui. Eſt enim tã perſpicua diſputationis ſeries, vt calumniam quamlibet diſſoluat: tum etiam in hac ad Cornelium Epiftola Cyprianus ſuam ipſius cauſam agit, æque ac in illa ad Florentium. Sed tamen hæc textus circumſtantias examinemus, quibus Pamelius innititur; hoc eſt, videamus, quomodo videri velit cum ratione inſanire.

VI. Prima circumſtantia: Teſtimonia præmiſſa ex Deuteronomio; ex libr. 1. Regum, ex Euangelio Ioannis, ex Actibus Apoſtolorum, non niſi in ſummo Pontifice Iudæorum quadrare nemini dubium eſt: itaque aptius ad ſummum Pontificem Romanum referuntur. Reſpondeo his verbis multipliciter peccari à Pamelio. Primo, quia non omnes loci intelligi poſſunt de ſummo Iudæorum Pontifice. Nam Deuteronom. 17. hæc ſunt verba. Venies ad Sacerdotes Leuitici generis: & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quareſque ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: tuque ages iuxta præſcriptum quod tibi indicauerint de loco illo quem elegerit Dominus. Et obſerua, vt facias ſecundum omnia quæ te docuerint. Iuxta legem quam dicent tibi agere: nec declinaſis à verbo, quod tibi annunciauerint, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Et homo quicumque fecerit ( hæc iam verba ſunt quæ à Cypriano citantur) in ſuperbia, vt non exaudiat Sacerdotem, aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille. Hæc ſunt Moſis verba; quibus ſummum Sacerdotem ne nominauit quidem; ſed numero multitudinis, Sacerdotes Leuitici generis: quo nomine intelligebantur omnes qui fungebantur ſacrificandi munere apud Iudæos. Nam ſummi, eſſi erant ex eodem genere Leuitico, tamen appellantur filij Aaron: quia ex genere Leui, nulli alij, præter Aaron poſteros, in id munus patebat aditus. Secundum, peccatum eſt, quod non omnes loci enumerati, qui citantur à Cypriano. Nam omiſſus eſt ex Matth. 8. Vade & demonſtra te Sacerdoti: qui à nemine vnquam expoſitus eſt de ſummo Sacerdote. Omiſſus & aliter ex Luca 10. Qui audit vos, me audit, & eum qui miſit me: quem de vnico ſummo Pontifice, ne ipſe quidem Pamelius accipiendum contendit. Et hæc autem perſpicuum eſt, ne in reliquis quidem citandis locis Cyprianum illud attendiſſe, quod ſummi Pontifices fuerint Caiaphas & Ananias (nam Samuel erat iudex non Pontifex ſummus) ſed ſimpliciter, quod Pontifices, ſue Sacerdotes; quod ſatis erat ad eius argumentum. Tertium peccatum: quia eſt iſi omnes loci intelligendi eſſent de ſummo Iudæorum Pontifice; tamen non ſequitur applicandos vni tantum ſummo Pontifici Chriſtianorum: tum, quia apud Chriſtianos non eſt, quemadmodum apud Iudæos vnus ſummus Pontifex, ſed plures: quia, vt libro ſequenti docebitur, omnes Episcopos ſingularum Eccleſiarum eo nomine

appellabantur olim: Deinde, quia in Epist. ad Rogatianum hos eodem omnes locos idem Cyprianus citat, & in altera ad Florentium, in quibus tamen concedit Pamelius non agi de summo vnicō Pontifice: sed in vna quidem, de ipso Rogatiano, in altera de Cypriano.

VII. Secunda circumstantia, quia loquatur Cyprianus de iudice, qui vice Christi fungitur. Atqui, inquam, is est Cypriano quilibet Episcopus. Argumenta. Primum, quia suam ipsius causam agit, qui tamen erat vnus ex Episcoporum numero. Secundum, quia paulo ante, Episcopatum appellat sublimē & diuinam potestatem: Tercium, quia, quem hic iudicem nominat vice Christi, paulo post vocat Episcopum, eiq; coepiscopos assignat, his verbis: *Nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret.* Quartum, quia in Epist. 69. ad Florentium, seipsum Cyprianus appellat iudicem ad tempus à Deo constitutum. Verba sunt, *Quis autem nostrum longe est ab humilitate: utrum ne ego qui quotidie fratribus seruis, & venientes ad Ecclesiam singulos benigne & cum voto & gaudio suscipio: an tu, quite Episcopum Episcopi, & iudicem iudicis ad tempus à Deo dati constituis?* Et quid ē citato eodem loco è 17. Deuteronomij. Quintum: quia non mirum esse debet Episcopos Christi vicem gerere, cum idem dixerit Ignatius de Diaconis, qui sunt infra Episcopos: Epistola ad Trallianos, *ὡμῶς ἔσονται ἐπίσκοποι καὶ οὗτοι ἡμεῖς, ὡς ἡμεῖς οὗτοι ἐπίσκοποι, ὡς ἡμεῖς οὗτοι ἐπίσκοποι.* Vos igitur reueremini eos ut Christum, cuius locum seruant.

VIII. Tertia circumstantia: Quod loquatur de vno sacerdote, seu vno Episcopo in Ecclesia: quam appellationem tum ex Epistola 48. quæ est Cornelij: tum ex aliis Epistolis, & lib. de Vnitate Eccles. constat Cyprianum non solere vsurpare nisi de summo Pontifice. Respondeo Pameliū sumere falsum: Et contra à Cypriano vnum Episcopum appellari quemlibet in sua Ecclesia. Nam ad Pupianum, vbi fateretur Pamelius non agi de summo omnium Pontifice, eadem est phrasis: *Inde schismata, inquit, & hæreses oborta sunt, & oriuntur, dum Episcopus, qui vnus est, & Ecclesia præest, superba quorundam presumptione contemnitur.* Sed & Romanus Episcopus Cornelius de sua Ecclesia Romana, ea, inquam, quæ continebatur intra muros vrbs, eodem modo scribit ad Fabium, apud Euseb. Hist. lib. 6. cap. 35. *ὅτι ἡ πῆλη ἐκείνη ἐπίσκοπος ἐστὶν ἐν τῇ πόλει καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως, οὐκ ἔστιν ἄλλος ἐπίσκοπος οὐδὲν ἄλλο ἐπίσκοπον ὀφείλει εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.* Quæ tamen Christophorus vertens dixit, in hac Catholica Ecclesia: nimirum, quia manifestus sensus erat, vel ex sequentibus: *In qua non ignorabas presbyteros esse quadraginta sex; diaconos septem; hypodiaconos septem, & reliqua.* Nam quis hunc numerum accommodaret vniuersæ per totum orbem Ecclesiæ? Porro, quæ de Epistola 48, & libro de Vnitate Ecclesiæ Pamelius iactat, ea nulla sunt: & nescio quomodo ab eo nominata: alij viderint, ego tantam audaciam indignam iudico viro bono.

IX. Quarta circumstantia: quod dicat, *Nemo aduersum sacerdotum collegium aliquid moueret.* Nam si de solo loqueretur, non statim, qui illi nõ obtemperaret, aliquid moueret aduersus reliquos Episcopos. Respondeo, ista explicari ex iis verbis quæ sequuntur, *Nemo post diuinum iudicium post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret.* Dixit igitur moueri aliquid contra Sacerdotum collegium: quia cum necesse esset aduersari iudicio episcoporum, qui Episcopum ab ipsis ordinatum non agnosceret; quemadmodum Epist. 40. ad plebem Carthaginensem, quosdam presbyteros dicit coniurationis suæ memores, & antiqua illa contra Episcopatum suam, imo contra suffragium eorum, & Dei iudicium, vana retinentes, instaurare veterem impugnationem. Et quid hic mirum esse potest, cum ab eadem origine, eorum, inquam, qui suo Episcopo non obtemperant, idem diserte deducatur, tum hæreses, tum schismata? Neque hæc tantum Epistola: sed etiam 65. Hæc, inquit, sunt inuita hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi, & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Et 69, *Inde enim schismata & hæreses oborta sunt, & oriuntur, dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesia præest, superba quorundam presumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudicatur.*

X. Quinta circumstantia: quod postea de seruo præposito loquutus, mox D. Petri, super quem Christus ædificauit Ecclesiam, mentionem iniicit. At ego hic quid sibi Pamelius voluerit nõ capio: imo vix credo apud se fuisse. Locus ita habet, *Nec præpositum seruum deserit à quibusdam miratur aliquis: quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei Patris factorum suorum testimonio comprobantis, discipuli sui reliquerint. Et tamen ille non increpuit recedentes, aut grauius comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos, dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans scilicet legē, qua homo libertati suæ relicta, & in arbitrio proprio constituitur, sibi met ipse vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamē super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesia voce respondens, ait, Domine ad quem ibimus? Hic vero quid repererit Pamelius non video: nam neq; præpositus ille seruus de Petro dicitur; sed de quolibet Episcopo: imo de ipso Cypriano; qui neminem vult mirari, quod à nonnullis suis sic desertus, cum constet id ipsum Christo accidisse. Neque quod supra Petrum ædificata dicitur Ecclesia; quicquam pertinet ad seruum præpositum. Et deniq; hæc omnia nihil habent commune cum his verbis, de quorum sensu disputamus.*

XI. Frustra ergo fatigauit Pamelius. Ioannes Horantius locorum Catholicorum libro 6. cap. 10. sed & Ha. diugus contra Iuellum, articulo quarto, aliud argumentum sumunt ex his verbis: *Cui se secundum magistrum diuina obtemperaret fraternitas vniuersa:* Vbi, inquit, vniuersam Ecclesiam vocauit vniuersam fraternitatem, quæ vni capiti obtemperare debet.

XII. Sed hi viri nimis oscitanter euoluerunt scripta Cypriani, neq; eius styli sibi familiarem effecerunt: eoque nunc fæde labuntur: vniuersam enim fraternitatem eam ille solet appellare, totam multitudinem, vnde componitur quælibet Ecclesia particularis. Epistola 68. *Apud vos factum videmus in Sabini collega nostri ordinatione, ut de vniuersa fraternitate sus-*

fragio, & de Episcoporum, qui in praesentia conueniant, quique de eo ad litteras fecerant, iudicio Episcopatus ei deferretur. Audin' Episcopum electum suffragio vniuersæ fraternitatis? An omnium toto orbi Ecclesiarum? Minime. Audin' rursus vniuersam fraternitatem distinctam ab Episcopis praesentibus ab Episcopis absentibus? Qui poruit, si fuit vniuersalis Ecclesia? Epistola 58. *Sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis atque vniuersa fraternitati gratulamur: quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denno ad suos feceris benigna Domini & larga protectio.* Simili sensu alibi fraternitatem omnem legas. Epistola 47. *Merito illos reuerentias summo, ut scribitis, gaudio, & clerus, & plebs, & fraternitas omnia excepimus, ut Sacramenti veritatem fraternitatem omni praesente celebremus.* Et 58. *Vicarius pro nobis ego & Collega, & fraternitas omnia has ad vos litteras mittimus.* Alibi etiam omnem fratrum numerum. Epist. 47. *Itaque ad litteras vestras, quas de eorum confessione misistis, laetus est omnia fratrum numerus.* Ergo sensus est Cypriani fraternitatem vniuersam, id est, vniuersam multitudinem Christianorum, qui fratres appellantur, in singulis Ecclesiis, suo Episcopo obtemperare debere.

XIII. Atq; hic erat primus locus. Secundus est Cornelij Romani, Epistola ad Cyprianum, in editione Pamelij n. 46. *Non ignoramus vnus Deum esse, & vnum Christum esse Dominum quem confessi sumus, vnum Spiritum S. vnum Episcopum in Ecclesia Catholica esse debere.* Hic, quia legunt vnum Episcopum in Ecclesia Catholica, clamant se reperisse, quod in faba pueri. Et ipse Pamelius antea ait, hic vnum Episcopum simpliciter pro Episcopo Romano accipi.

XIV. Sed hic Ecclesia Catholica significat vna quamlibet Ecclesiam particularem, non hæreticam aut schismaticam: vt in illo loco Cornelij apud Eusebium, quem paulo ante citauimus, quo in Ecclesia Catholica esse dicitur vnus Episcopus, Presbyteri quadraginta sex, Diaconi septem, Recitatur autem à Cornelio, quorundam Confessorum à Nouatiani schismate redeuntium confessio. Qui, quia Nouatianus erat à suis constitutus Romæ Episcopus contra Cornelium, testantur, se noluisse tam cum Nouatiano communicare, à quo fuerant ante: decepti: sed cum Cornelio, quem legitime electum sciebant, & ante Nouatianum: cum scirent vnus Ecclesiæ Catholicae duos esse non posse Episcopos. Nos, inquit, Cornelium Episcopum sanctissima Catholica Ecclesia electum à Deo Omnipotente, & Christo Domino nostro scimus; nos errorem nostrum confitemur: nos imposturam passi sumus: circumuentionis sumus perfidia & loquacitate capsi. Nam esse videbamur, quasi quandam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit: anim ignoramus vnum Deum esse, vnum Christum esse Dominum quem confessi sumus, vnum Spiritum Sanctum, vnum Episcopum in Ecclesia Catholica esse debere. Cui loco similis locus est apud Theodoretum Historiae lib. 2. cap. 17. vbi, cum rogaret Romanæ mulieres Imperatorem, *αὐτῶν τῶν πόλεων ποιῶν ἐπισημῶς, ut miseretur vrbs (notat non orbem, sed vrbs) pastore suo destituta: illeque respondisset; primum, ἡ πόλις ἡμεῶν, ἡ πόλις τῶν πόλεων, non indiget vrbs pastore: deinde tamen ἐπισημῶς ἡ πόλις, inflexus, Felicem redire concedere, καὶ τὴν ἀμφοτέρων τῶν πόλεων καὶ τῶν πόλεων, Et communibus operis vtrumque (Felicem & Liberium) Ecclesiam (illam videlicet etiam ante πόλις nominabat) regere: Hoc decreto à Circo recitato, ἐξέκοιτο τὸ πᾶν τὸ, δικάσαν ἐπὶ λόγων τῶ βασιλέως τῶν πόλεων, ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν πόλεων, ἡ πόλις τῶν πόλεων, & ἡ πόλις τῶν πόλεων, & ἡ πόλις τῶν πόλεων, Exclamauit populus, equum esse Imperatoris sententiam: hanc enim diuisos esse spectatores, pro colorum varietate nomina sortitas, quæ tam temporis erat ludorum Circensium infania, itaque alterum huius, alterum praesenturum. Ex quibus apparet vrbs Romæ semper habere vniuersam: non enim toto orbe ea diuisio inualuerat, sed Romæ tantum, & Constantinopoli, regis vrbs. ἡ πόλις καὶ ἡ πόλις τῶν πόλεων, ἡ πόλις καὶ ἡ πόλις τῶν πόλεων, ἡ πόλις καὶ ἡ πόλις τῶν πόλεων, Postquam sic illi present regis literis, vnā omnes vocem emisserunt, vnus Deus, vnus Christus, vnus Episcopus. Quæ ex præcedentibus hanc sensum habent, vt vnus Ecclesiæ, videlicet Romanæ, vnus Episcopus esset, non plures.*

XV. Tertius locus est Cypriani, Epist. 40. ad vniuersam plebem Carthaginensem, quæ est 40. *Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & Cathedra vna, super Petrum Domini voce fundata.*

XVI. Respondeo, huius loci eandem mentem esse cum præcedentibus, in quibus qui Episcopus dicebatur, hic Cathedra nuncupatur: notum est enim, Cathedram nominari pro singulorum Episcoporum sedibus, atque inde, pro eorum dignitate, id est, episcopatu ipso. Significat igitur Cyprianus, non esse in eadem ciuitate agnosendas, aut plures ecclesias, aut plures Cathedras, id est, episcopos. Argumenta tria colligo. Primum, ex ipso Cathedra nomine. Nam impune plures Cathedras passim esse constitutas, nemo ignorat. Et Tertullianus, de Praescriptionibus, cap. 36. *Percurre, inquit, Ecclesias Apostolicas, apud quas ipse adhuc Cathedra Apostolorum suis locis praesidentur.* Si igitur plures per orbem Cathedrae erant, aut falso Cyprianus dixit vnam esse: aut necessario intelligenda est de vna in singulis ecclesiis. Secundum: quia statim additur: *Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, prater vnum altare, & vnum sacerdotium, non potest.* Atqui vnum altare in omnibus ecclesiis esse oportere, nemo vnquam dixit. Et epistola 65. vbi de Rogatiani causa agitur: *Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur.* Deinde sacerdotium pro vno sacerdote nominati, patet ex his eiusdem epistolæ verbis ad initium. *Ac ne parum fuisset corruptis quorundam confessorum mentes, contra sacerdotium Dei, portionem rupta fraternitatis armare voluisse, vbi sacerdotium Dei vocat suum ipsius: nam loquitur de schismaticis, qui cum pro episcopo nolent agnoscere. Itaq; hic aliud sacerdotium, prater vnum fieri non potest, significat non constituendos duos episcopos in vna ecclesia, sed vnus episcopus in vniuersa. Tercium argumentum: quia tota epist. suam ipsius causam Cyprianus agit. Suam, inquam, non Episcopi Romani: non Episcopi vniuersalis: sed Episcopi Carthaginensis. Itaq; eorum, qui à se discesserunt, causam improbat, hoc argumentum, quia vnam Cathedram esse oportere. Quæ ridicula, si sic intelligas: Qui ab episcopo Cypriano discesserunt, im-*

probandi sunt: quia vnum oportet esse in toto orbe Episcopum Oecumenicum!

XVII. Atqui (inquit) eam Cathedram super Petrum fundatam esse dicit. Respondeo: primum hanc lectionem non esse certam. Nam Pamelius agnoscit solum Manutij codicem sic habere: reliquos omnes pro Petro, Petram; tam editos, tum manuscriptos. Et quanquam alibi legatur, Cypranum dixisse super Petrum fundatam Ecclesiam: tamen non debuit discedi a codicum plurimorum consensu: tum quia vtrumque non male dicitur, & super Petram, & super Christum: tum quia hoc loco non de Ecclesia, sed de Cathedra sermo est. Secundo, etiam super Petrum legamus: sic Cyprianum loqui de quolibet vno Episcopo, in qualibet vna Ecclesia: ut dicat, vnicum Episcopum cuiuslibet Ecclesie fundatam esse super Petrum: hoc sensu, ut in Petro docuerit Christus quid in singulis Ecclesiis obseruandum esset, quomodo eum constituit primum inter duodecim: qua de re plura in proxima Controversia, de Petri primatu.

XVIII. Quartus locus, ex Hieronymo contra Luciferianos, Ecclesia salua in summi Sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quaedam & ab omnibus emens detur potestas, tot in Ecclesiis efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Hunc locum, tum alii, tum Pamelius citauit annotationibus in 55. Cypriani.

XIX. Respondeo, ab Hieronymo, & Ecclesiam intelligi quamlibet, & Episcopum quemlibet appellari summum sacerdotem: phrasi prorsus trita, & idem apud veteres scriptores Ecclesiasticos obuia. cuius exemplum plurimum a nobis colligitur libro proximo. Nunc sufficiat Tertullianus libro de Baptismo, c. 17. quem locum eo libentius hic adscribo; quod tam sit huic similis, ut non magis ouum ouo. Superest, inquit, ad concludendam materiam de obseruatione quocumque dandi & accipiendi Baptismum commemorare. Dandi quidem habet ius summus sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri, & Diaconi: non tamen sine Episcopi autoritate. propter Ecclesie honorem: quo salua salua pax est. Nullus hic cauillandi locus, cum discrete summus sacerdos, explicetur Episcopus. Quin ipse Episcopus Amerinus in Hieronymo notauit: Summum sacerdotem Episcopum vocat.

XX. Quanquam, quid testibus opus est, cum ipse contextus sit perspicuus?

Quem paulo plenius describam. Non abnuo, inquit, hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos, qui longe in minoribus urbibus per Presbyteros & Diaconos baptisati sunt, Episcopus ad inuocationem S. Spiritus manum impositurus excurrat. Et paulo post, Quod si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptisatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum S. quem nos asserimus in vero baptismo tribui, disce hanc obseruationem ex ea autoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus S. ad Apostolos descendit: Et multis locis idem factum reperimus, ad honorem potius sacerdotii, quam ad legis necessitatem. Alioquin si ad Episcopi tantum imprecationem Spiritus S. desinit legendi sunt qui in viculis aut in castellis, hinc in remotioribus locis per Presbyteros & Diaconos baptisati ante dormierunt, quam ab Episcopis inuiserentur. Ecclesia salua in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quaedam & ab omnibus emens detur potestas, tot in Ecclesiis efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Inde venit ut sine Chrismate & Episcopi iussione, neque Presbyter, neque Diaconus ius habeat baptisandi.

XXI. Hæc Hieronymus, in quibus nota. Primo, quætionem esse de Baptismo, quem Presbyteri Diaconi que conferant quidem, at non sine permissione Episcopi: tum de manuum impositione ad recipiendum Spiritum S. quæ ad solum Episcopum pertinet. Quæ vtraque quæstio soluitur ab autoritate summi sacerdotis. Itaque necesse est, eundem esse Episcopum, cuius sit imponere manus, & summum illum sacerdotem. Quid enim ineptius Hieronymo, si essent diuersi? Et si iste esset Oecumenicus Pontifex? Nullo enim medio hæ partes connectuntur: Necessarium est vnum esse Oecumenicum Pontificem: Ergo Presbyteri, & Diaconi non possunt manus imponere. Secundo, nota comparati summum Sacerdotem cum Presbyteris, & Diaconis: ridicule si ille sit Oecumenicus. Nam inter eum & presbyteros intersunt alij gradus, & quidem altiores; ex quibus si tacere voluisset Patriarchas, Primates, Archiepiscopos: at saltem Episcopos cur omittebat? Tertio, nota tot schismata futura, quot sacerdotes, & comparati cum illo loco ex epistola ad Euagrium, de quibus alijs plura erunt disputanda: cum affirmatur ad vitanda schismata, vnum reliquis præfectum. Nam is Episcopus est manifeste, non autem Oecumenicus.

FINIS LIBRI NONI

LIBER DECIMVS, DE OECVMENICO PONTIFICE.

Caput I.

DE CAPITE ECCLESIE.



REVTATIS Papistarum argumentis; iam Catholicorum enumeranda sunt, & vindicanda ab omnibus calumniis. Primum hoc esto: Si Christus est totius Ecclesie caput: ergo nullus alius. At prius verum: Ergo & posterius. Antecedens patet ex his locis: Ad Eph. 1. Et omnia subiecit eius pedibus, eumque constituit caput super omnia ipsi Ecclesie, quæ est corpus ipsius. Et 4. Veritatem etiam cum charitate profusus adolescentis in eum per omnia, qui est caput, nempe Christus. Et 5. Vt est caput corporis, ut & Christus caput est Ecclesie: & is est qui salutem dat corpori. Ad Coloss. 1. Est, caput corporis Ecclesie.

II. Consequentia vero patet, quia nullum corpus non monstruosum plura habet capita: Ecclesia vero non est monstruosum corpus. At si Christus esset caput, aliusque item homo mortalis etiam caput, ut Papistæ afferunt de Oecumenico Pontifice, plura essent capita nempe duo. Et confirmatur ex Gregorio Pontifice Romano, Epistola 3. libri 4. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum; qua inuehitur in superbiam Ioannis Constantinopolitani, Ex eo, inquit, in quo sedebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate, in tantam sumpsit, ita ut vniversa sibi tentet adscribere, & omnia quæ soli vnica capiti coherent, videlicet Christo, per elationem pompatici sermonis quædam Christi autem sibi membra subiugare. Rursus Epistola trigesima octaua ad ipsum Ioannem, Certe Paulus Apostolus quum audiret quosdam dicere, Ego sum Paulus, ego Apollo, ego vero Cepha, hanc dilacerationem corporis Dominici per quam membra eius alii quodammodo se capitibus sociabant, vehementissime perhorrescens exclamauit dicens, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptisati estis? Si ergo illa membra Dominici corporis, certè extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis subiecta particulariter existant, tu quid Christo vniversalis scilicet Ecclesie capiti, in extremi iudicij es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibi met conaris vniversalis appellatione supponere? quibus tam vehementibus verbis aut nihil potius, aut hoc dicit Gregorius; quandoquidem Christus sit vniversalis Ecclesie caput, nefas esse quenquam alium hunc sibi honoris titulum adscribere. Basilius in Affectibus, pro oemio de Iudicio Deo. καὶ τὸν ἀποστόλου πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς ὡς ὁ ἰσχυρὸς ἀληθῶς καὶ φιλῶν, ἡ δὲ ἐκείνου ἐκείνου τὸ ἀληθῶς ὡς ὁ ἰσχυρὸς ἀληθῶς καὶ φιλῶν, ἡ δὲ ἐκείνου ἐκείνου τὸ ἀληθῶς ὡς ὁ ἰσχυρὸς ἀληθῶς καὶ φιλῶν, ἡ δὲ ἐκείνου ἐκείνου τὸ ἀληθῶς ὡς ὁ ἰσχυρὸς ἀληθῶς καὶ φιλῶν.

III. Papistæ concedunt antecedens: Est enim euidenti, quam ut ne Tom. II.

gari possit, absque desperata impudentia nota. Quid igitur? Consequentiam obstinate negant: variis conquisitis distinctionibus. Alphonsus de Castro negat propterea corpus Ecclesie esse monstrum biceps: quoniam Petrus non sit caput æquale Christo; sed caput sub Christo. Christum enim esse primum & supremum caput: Petrum vero non esse caput, primum totius corporis, quod est Ecclesia, sed Vicarium, h. e. Christi loco subrogatum, & caput secundum post Christum, hoc est, caput aliorum omnium à Christo. Ita constare non esse duo capita eiusdem corporis totalis: quoniam illius corporis totalis solus Christus sit caput: & membrum vnū sit Petrus, cæteris tamen præstantius. Corporis vero mystici, quod ex alijs hominibus à Christo coalecti, Petrum esse caput: & ita non esse caput totius corporis integri: quoniam non sit caput respectu Christi, qui ad hanc Ecclesiam pertinet.

IV. Hactenus Alphonsus, obscure, & perplexe: ut satis appareat ipsum sibi vim fecisse, ac quasi contra stimulos calcitrasse: adeo sudat, hæret, reperit. Nec aliter certe potest fieri: quoties veritati, & veritati manifestissime bellum indicitur. Videtur autem dupliciter distinguere: primo, Caput, in primum & secundarium: deinde Corpus, in totum siue integrum & mysticum, siue constans ex alijs hominibus à Christo. Nobis vtraque hæc distinctio seorsim consideranda, & prius hæc posterior, quæ Alphonsi peculiaris est, non enim meminimus alibi legere: alteram vero plerique omnes amplectuntur, singulique illustant; ut necesse sit nos in ea diutius hære.

V. Corpus igitur Alphonsi, aut totum est, aut mysticum: illud, quod non omnes tantum comprehendit, qui membra sunt Christi; sed etiam ipsum Christum: hoc vero, illos tantum, qui membra sunt Christi, seorsim tamen à Christo. Illius corporis solus Christus caput: huius vero Petrus: sic paucis, ut potui, sensum explicauimus Alphonsi, alias inuolutum. Enimvero, inquam, venit apud Papistas in periculum Christus, ne sibi etiam videret caput impositum: ideoque gratiam debet subtilissimis Alphonsi cogitationibus, qui hac tam noua, tam subtili, tam abstracta distinctione, tanto periculo Christum liberavit. Sed & Christo apud Papistas, satis deinceps honoris est, si ipse intractus relinquatur, neminiq; subiciatur: hocque in lucto sibi ponere debet, dum suum sibi regnum ceptum videt, vel saltem alijs communicatum. Ita sapiunt Papistæ: ita sunt Christiani.

VI. Sed enim distinctio & noua est, & priuata. Noua: quia iam primum ab Alphonsi excogitata: itaque non tantum non ab initio Ecclesie, i. e. à Christo, ab Apostolis, ab Apostolicis viris: sed nequidem ab initio huius inductæ tyrannidis: verum longe post eam constitutam. Priuata,